


M. TILINGIUS.

DE

RECIDIVIS.

1679







MATTHIÆ TILINGII,

Med. U. Doctoris, Archiatri Hassiaci, Professoris Primarii, Sacri Romani Imperii Academiæ Naturæ Curiosorum Collegæ, Zephyri dicti, & h. t. Universitatis Hasso-Schaumburgicæ Rectoris,

DE


RECIDIVIS TRACTATUS AUREUS,

Veterum & Neotericorum Medicorum fundamentis superstructus, & ad usum Practicorum insignem accommodatus.



MINDÆ,
Impensis THOMÆ HENRICI HAVENSTEINII, Bibl. Hannov. Hildes. & Cellensis.

Typis JOHANNIS PILERI. Anno 1679.





ILLVSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO COMITI ET DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO,

COMITI SCHAVMBVRGI, LIPPIÆ ET STERNBERGÆ,

Comiti ac Domino suo Clementissimo

Salutem & perennem felicitatem!

Illustrissime ac Generosissime Comes, Domine Clementissime.

AUreum & ex tripode quasi desumptum est præceptum illud *Asclepiadis*, genere *Prusiensis*, Medicorum eloquentissimi: *Medicus curet citò, jucundè ac tutè.*

Citò curandum esse primùm Medico, insinuat Medicorum ille doctissimus, *Hippocrates lib. 1. acut. text. 8. Quæ celeriter fieri debent, celeriter peragere oportet.* Maximè verò, cum acutus, vehemens & gravis est morbus, auxilia citò sunt administranda, antequam naturã superet; quam ubi devicerit, æger nullo postea gaudet remedio. Sicut enim in illis morbis, qui patiuntur inducias, periculosa sæpius est afferendi auxilii festinatio nimia: ita in morbis, subitum exitum minantibus, necessaria est subita remediorum applicatio. In hisce verò, quando semel ægro moriendum est, à levibus inchoare præsidiis, inutilè videtur, cùm melius sit, agentes

nos

nos periclitari, quàm ægrum ſpe ademptâ certò perire. Extremis enim morbis extrema remedia ſunt optima. Et vehementi morbo non poteſt niſi vehemens auxilium ſuccurrere.

Deinde Medicus curet jucundè. Id quod optimè exequetur, ſi, quantum fieri poteſt, ſine dolore, vel ſine moleſtia inſigni ægrum tractet; ſi omnia vitet, quæcunq; vel animum perturbent, vel ſenſus ejus offendant, omnia faciat, quæcunq; vel animum exhilarent, vel ſenſus delectent; ſi non in cibo ſolùm & potu, mundè ſuaviterq; ad palatum paratis, verùm in medicamentis etiam, ad colorem, odorem, & ſaporem jucundis, ægro gratificetur, nihilq; intermittat, quo gratum ſeſe Medicum ægrotantibus præbere poſſit.

Et tandem Medicus tutò curet; inter cæteras ſiquidem curationes ea venit præferenda, quæ ſit tuta. Ea propter *Aurelius Cornelius Celſus*, Medicorum *Latinorum* facilè Princeps, *de Re Medica lib* 3. *cap*. 4. officium Medici eſſe dixit, non tantùm ut celeriter & jucundè, verùm etiam ut tutò curet. Et *Galenus lib*. 2. *meth. med. cap*. 1.

curationem tutam maximè servandam nobis his verbis inculcat. *Esto terminus, quem non transgredietur is, qui ex arte morbos generosè oppugnat, ut tutò medicetur. qui autem ultra progreditur, crudelis hominis officium facit, qui simul cum morbo vitam quoq; hominis aufert.* Hâc ratione in morbis diuturnis paulatim sunt administranda præsidia: remedia contraria sunt adhibenda, & interquiescendum est: & sic remissè cum morbo pugnandum, ut ad statum usque æger sufficere queat; debile namq; agens, longo tempore applicitum, opus facit, securius tamen; quod autem validum, cum periculo solet operari. Ut verò tutò curet Medicus, tria requiruntur in eo. *Primum* est, ut non lædatur homo, ut scilicet Medicus juvet, & non noceat. *Alterum* est, ut opus absolvatur. Turpe est inchoatum opus non absolvere; & Medicina est morbos in totum tollere, ac morborum impetus vehementes obtundere. *Tertium* est, ut morbi non facilè revertantur, & recidivæ evitentur; hæ namq; radicibus suis pejores sunt; malitiam siquidem, seu ægritudinem redeuntem;

tem; naturam seu virtutem defessam ac debilem denotant, & plerumque mortem ipsam inducunt.

De talismodi Recidivis, cum periculi multum præ se ferant, nemoque ferè Medicorum earum naturam atque essentiam exactè perlustraverit, præsentem hunc Tractatum Aureum, in maximum Practicorum usum, conscribere volui. Aureum hunc dixi Tractatum, cum multa mysteria auro similia, imò etiam eo meliora dignioraque contineat. Magnitudine quidem parvum, ast præstantiâ maximum hunc exhibeo. Præstantia verò major maximaque commendatio Tractatui huic accedet, si Illustrissimæ Vestræ Generositati hunc dedicare conabor, cùm propter singularem pietatis & humanitatis virtutem, tùm propter eximiam maximarum rerum scientiam, nec non ineffabilem amorem ac favorem; quibus dotibus Illustrissima Vestra Generositas non solùm apud multos Imperii *Romani* Proceres, sed etiam apud Academiam Hasso-Schaumburgicam ejusq; Professores, imò cunctos quoque homines in locis hisce vicinis

cinis tantum valet, ut hoc admirari cogar, nec verbis satis exprimere possim.

Ut igitur Illustrissima Vestra Generositas hoc meum munusculum, quamvis chartaceum, sereno vultu clementer suscipere meque cum meis omni favore ac clementiâ complecti velit, humillimè, & cùm summa animi devotione contendo. Deum interim ter optimum maximum veneror, ut Illustrissimam Vestram Generositatem unà cum Liberis Illustrissimis, dilectissimis, Dominis meis clementissimis, adeoque toto stemmate Schaumburgico & Lippiaco quàm felicissimè degere, totique patriæ omnes salvos & incolumes quàm diutissimè superstites sistere non dedignetur.

Illustrissimæ Vestræ
Generositatis

Dabam Rinthelii è Muséo meo d. 12. Feb. A. Chr. 1679.

subjectissimus

Matthias Tilingius, Med. V. D. Archiater Hassiacus, Facultatis Medicæ Profeß. Primar. Sacri Rom. Imp. Academ. Nat. Curiosor. Collega, Zephyrus dictus. & h.t. Univ. Hasso-Schaumb. Rector.



EPIGRAMMATA IN TRACTATVM AVREVM DE RECIDIVIS MATTHIÆ TILINGII, Med. D. Archiatri Haſſiaci, Profeſſoris Primarii, &c. &c. &c.

AUrea Tractatus, non vanas auribus auras,
AUREUS hic præfert limine dona ſuo.
Aurea ſic offert medicamina, quæque nociva,
Quæ præſtare valent, ne RECIDIVA fient.
Aurea proinde refers, referas quoque deinde ſuperſtes
Famæ pro meritis præmia plura Tuis.

'Αυτοσχεδίασμα, *quo Viro celeberr. D. Matth. Tilingio, Med. V. D. & Prof prim. Academ Haſſo-Schaumburg. h t. Rectori Magnif.* Aureum de Recidivis *Tractatum edenti congratulatur*

EMMANUEL SUSTMAN,
Hebr. & Gr. L. Prof.

NIl pepulisse juvat morbos, recidiva subinde
Si redeant, nec sint ense recisa mala.
Hinc opus aggrederis magnum, celeberrime Tilling,
Et pulsasse malum non satis esse putas.
Sed tua cura fuit penitus resecare malorum
Radices, posthac ne remeare queant.
Ite igitur procul hinc, longeq́; facessite morbi!
Sed tua Tillingi gloria te maneat!

In honorem
Excellentissimi atque Experientissimi Viri
Dn. Matthiæ Tillingii, Medic. Vtr. D. & in Acad. Rinteliensi Prof. Prim. celeberr. p. t. Rectoris Magnif. D. Fautoris atque Collegæ sui plur. colendi apponeb.

JOHANNES KAHLER, Mathemat. & Metaphys. Prof. Ordin.

Ad

Ad
Virum Nobilissimum, Excellentissimum, Amplissimum atq;
Experientissimum,
Dn. MATTHIAM TILINGIUM, Medicinæ V. Doctorem, ejusdemq; Facultatis in Academia Hasso-Schaumburgica, quæ est ad Visurgim, Professorem Primarium, Archiatrum Hassiacum, Sacri Romani Imperii Academiæ Naturæ Curiosorum Zephyrum, & p.t. Rectorem Magnificum ac Decanum spectatissimum,
Amicum & Fautorem meum jugiter devenerandum,
Cum Tractatum suum de Recidivis Curiosum & Singularem publici juris faceret.

HOc opus, hic labor est, disquirere de *Recidiva,*
Illius & punctum tangere mentis acu!
Dicere: Sitne novè productus morbus? An ipsum
Sit vetus expulsum non satis antè malũ?
Insi-

Insignis *Doctor*, *Zephyrus Tilingius* illudi
Egregiè *Scripto* discutit ecce *novo*!
Unde Machaonio meritò *nova Gloria* in orbe
Surgit ei, & *laudes* ampliat inde *suas*.
Apprecor ex animo: Vivat *Tilingius* años
Nestoreos, ut sic promere plura queat!

ita gratulabundus
scribebat
JOHANNES ELERS,
Philos. & Med. U. Doctor,
Practicus Hervord.

QUæ *Recidivarum* natura? Sororie, monstras.
Sic laudes Zephyrus flat Tibi mille Tuus!

Nobiliss. Excellentiss. atq; Experientiss.
Dn. Authori, Sororio ac Hospiti suo
suavissimo, brevibus hisce ob-
servantiam debitam te-
stabatur

GERHARDUS MEYER, Brem.

ELEN-



ELENCHUS CAPITUM

Rerumq; præcipuarum, quæ in Tractatu hoc Aureo de Recidivis inveniuntur.

AD LECTOREM AMANDUM PRÆFAMEN,

Morborum ad salutem vel mortem solutionem: Recidivarum naturam, earumq; ad salutem vel perniciem conversionem: Autoris de Recidivis scribendi occasionem, ejusq; calidum ac pium votum exprimens.

CAPUT I.

Introitum ad Morborum Recidivas ex crisium doctrina monstrat. pag. 1.

CAPUT II.

Recidivæ vocis originem examinat. pag. 8.

CA-

CAPUT III.

Recidivam apud Medicos ſolius morbi reditum non ſemper ſignificare docet. pag. 11.

CAPUT IV.

Recidivæ morbi definitionem ventilat. pag. 13.

CAPUT V.

Recidivarum ſubjectum proponit. pag. 20.

CAPUT VI.

Recidivarum cauſas explicat. p. 51.

CAPUT VII.

Recidivarum differentias conſtituit pag. 105.

CAPUT VIII.

Differentiam inter Recidivam & primum morbi inſultum inquirit pag. 109.

CA

CAPUT IX.

Differentias inter Recidivas & morborum aliorum exacerbationes perpendit. pag. 120.

CAPUT X.

Differentiam inter Recidivam & Epigenesin adducit. pag. 126.

CAPUT XI.

Differentiam inter Recidivam & Metaptosin respicit. p. 155.

CAPUT XII.

Differentiam inter Recidivam & Metastasin contemplatur. p. 164.

CAPUT XIII.

Differentiam inter Recidivam & Diadochen percurrit. p. 191.

CAPUT XIV.

Differentiam inter Recidivam & Transfusionem, sive μεταχώρησιν *exhibet. pag.* 199.

CAPUT XV.
Differentiam inter Recidivam & A-postasin proponit. pag. 203.

CAPUT XVI.
Differentiam inter Recidivam & Pa-lindromen illustrat. p. 260.

CAPUT XVII.
Recidivarum Signa Diagnostica ri-matur. pag. 302.

CAPUT XVIII.
Signa Recidivarum prognostica de-tegit. pag 329.

CAPUT XIX.
Recidivarum curationem in gener- respicit. p. 373.

CAPUT XX.
Præservationem à Recidivis ostendi- pag. 379.

CAPUT XXI.
Recidivarum curationem in spec- delineat. pag. 394.

CA-

CAPUT XXII.
Recidivarum curationem ex pharmacia repræsentat. pag. 402.

CAPUT XXIII.
Recidivarum curationem ex chirurgia profert. pag. 434.

CAPUT XXIV.
Diætam in Recidivarum curatione generalem præscribit. pag. 451.

CAPUT XXV.
Diætam in Recidivarum curatione naturalem observat. pag. 454.

CAPUT XXVI.
Diætam in Recidivarum curatione vitalem adducit. pag. 468.

CAPUT XXVII.
Diætam in Recidivarum curatione animalem subnectit. pag. 473.

AD LECTOREM BENE- VOLUM PRÆFAMEN,

Morborum ad salutem vel mortem solutionem: Recidivarum naturam, earumq; ad salutem vel perniciem conversionem: Autoris de Recidivis scribendi occasionem, ejusq; calidum ac pium votum exprimens.

TRiplicem semper in morborum curatione eventum experiuntur Medici rationales. *Primus* fit per λύσιν, seu solutionem paulatinam ad mortem vel salutem *Alter* per crisin, seu naturæ & causæ morbificæ luctam repentinam ad vitam vel mortem accidit. *Tertius* per subitaneam aliquam mortis invasionem, sine ulla tali naturæ lucta, contingit. Solutiones verò vel salutares, vel lethales habentur, earumque signa sunt: humorum concoctio, virium incrementum, & morbi imminutio; hisce item contraria, humo-

ru-

rum cruditas, virium imbecillitas, morbiq; augmentum. Solutionum ejusmodi meminit *Hippocrates lib.* 1. *epidem sect.* 3. hisce verbis: *Videndæ sunt etiam quæcunq; fiunt morborum vicissitudines, & ex quibus in quos succedant, & quinam abscessus perniciem aut solutionem portendant.*

Et quamvis *Hippocrates* hîc *morbos alios in solutionem, alios in perniciem accidere* dicat, qui tamen in *perniciem abeunt*, non absque *solutione fiunt*, cùm *solutio* vel ad salutem, vel ad mortem vergat. Per ista verò verba, *quæ ex quibus:* aut ut alii Codices habent, *qu ex quibus in quos*, morborum vicissitudines successionesque. Medico, inter quam plurima alia, considerandæ, intelliguntur.

Accidunt deindè morbi *alii in solutionem, alii in perniciem.* In *solutionem* aliquando idemmet accidisse vidit *Hippocrates*, ut quando dysenterici, stranguriâ superveniente, sanantur, ex *lib.* 1. *epidem. sect.* 2. quod quodammodo animadvertens ait, *sed his alia pro aliis. Abscessus* etiam & *fistulæ* secundum *Eundem lib.* 6. *epidem. sect.* 3. *text.* 28. *aliorum medela sunt.* Et *sect.* 6. *text.*

6. text. 1c pro quibus quinam morbi suc-dant, considerandum suadet. Perpe-dendi nimirum sunt morbi, qui mor-aliis utilitatem adferre possint. Sic à -rore difficultatem intestinorum, vel -quam inter cutem, vel mentis alienati-nem, bonum dixit *Hippocrates aphor. sect.7.* Sic febris ardens, apud *Zacutu Lusitanum lib. 3. prax. Medic. admiran obs 8.* delirio fuit curata. Fœmina en-quædam causo oppressa, in quarto mo-die, convulsivos motus, ab humore m-dicante, maligno, pronatos, passa est. licò superveniente de[l]-io, febris & tu-mor cessârunt; verùm cum incocta u-na. Recidivam timuit *Zacutus Lusi-nus*, cùm juxta *Hippocratis* edictum (2. *aphor. 27. iis, quæ sine ratione levant, fi-re non oporteat: & quæ sine signis bonis, ratione, subitò finiuntur, malignius retr-dant*, ex *Galeno lib. 3. de crisib. cap. 2.* *Aurelio Cornelio Celso de Re Medic. lib cap. 6.* morbus in super debeat finiri c- notabili abscessu, & præcedente coctio-quæ in statu fit. Quare in sexto iter- rigore, & febri correpta, in septimo,

per.

erveniente tremore, & delirio, liberata ſt, cum urina cruda. Quamobrem in 11. 14. 7. & 20. eodem modo in recidivas incilit, & ſemper ſeqvuto tremore, & delirio, oluta eſt febris. Tandem cocto jam humoe, in 24. in ultima ſcilicet criſi, præcedene tremore, delirium in criſi adveniens olvit tremorem, & febrim. Et ſic ſeundum rationem cauſa morbi fuit ſolua; hinc rectè *Galenus comm. in aphor. 5. ect. 7. Hipp.* ex vehementi motu cauſaum efficientium furorem, ſolutionem jusdem fuiſſe ſubſeqvutam ſtatuit: ſicut n morbis acutis vehementiſſima ſymptonata bonas interdum criſes efficere ſolent

Quomodo verò morbi, qui naturæ unt hoſtes, naturam juvare queunt? Maimè. Sic *Plutarchus de utilitate capienda ab inimicis* aureum ſcripſit libellum. Et icut rectum ſequitur ex errore: ſicut ex malis moribus bonæ præſcribuntur leges: ta morbum excipit ſanitas. Verùm hoc perpetuum non eſt; *alios* enim *morbos in ſolutionem, alios in perniciem* fieri ſcripſit *Hippocrates.* Ad *perniciem*, morbo ſuperveniente, deducitur æger, ſi non ob a-

liud,

liud, saltim ob debilitatem. Sententiam jam olim à magno illo dictatore, *Hippocrate*, hunc in modum promulgatam legimus in *libello de affectionib. In morbis cum alter alteri succedit, plerumq; occidit.* Dicit *plerumq;*, perpetuitatem omnem tollens. Rationem autem hanc subjungit: *Cùm enim corpori, à præsente morbo debilitato, alius morbus accesserit, præimbecillitate perit, priusquam alter morbus, qui posterius accessit, desinat.*


Sola verò imbecillitas hîc non exist causa, cur posterior morbus interimat, sed plures aliæ. Non tantùm autem morbi, sed eorum quoque propagines, atque germina, Recidivæ nempe, quæ eorum vicissitudinibus & successionibus propr non accensentur, aliquando ad *solutionem*, aliquando ad *perniciem* accidunt. Recidivæ namque aliis morbis non succedunt, sed earum natura in morbis consistit, qui cum jam extincti videntur iterum redeunt: & istæ recidivæ semper eandem cum prioribus morbis cùm essentiam, tùm existentiam habent, atque ab humorum reliquiis dependent; unde febr

ebrium intermittentium paroxyſmi, i-
em morbi conſequentes, quando nimi-
um unus morbus alterius cauſa eſt, veri
norbi recidivi non ſunt. Et hujusmodi
ecidivarum aliæ feruntur ad *ſolutionem*,
lum ſcilicet ſenſim paulatimq́ue ad ſalu-
em ſimpliciter terminantur, vel in alios
morbos, ſalutares tamen, pellibus prio-
ibus exutæ, mutantur. Aliæ ad *per-
niciem* vergunt, cum ſigna videlicet re-
idivas antecedentia non modò ſunt
nala, ſed & concomitantia majorem
malignitatem mortemq́ue certam indu-
unt; quam tamen urina nigra, viridis
& plumbea, ſumma in actionibus debili-
as, viriumq́ue jactura, ad pedes delapſus,
ulſuum inordinatio omnimoda, aut
ἀσφυξία, &c. præſagiunt.

Quare haſce Recidivas, cùm earum
nateria rara, nobilis & præſtans ſit,
tque nemo de iis examuſſim exacteq́ue
cripſerit, contemplari præſens erit me-
s labor. Tu verò, Lector benevole,
Tractatum hunc aureum, ac præcipua
rognoſeos myſteria reſerantem, ſedu-
lò

lò perlegere, nec non in ſuccum & ſan-
guinem eum convertere, non deſine;
Te hînc emolumentum redundabit ma-
ximum; celeriter namq́ue recidivarum
naturam imperſcrutabilem ferè cogno-
ſces, atque earum impetus atrociſſimos
feliciter franges. Quod Tibi ex ani-
mo precor!





Σὺν Θεῷ καὶ νῷ.

TRACTATVS AVREVS DE MORBORVM RECIDIVIS.

CAPVT I.

Introitum ad Morborum Recidivas ex crisium doctrina monstrat.



Orbi quicunq; finiuntur, vel crisi, vel paulatinâ solutione terminantur: qui crisi, alii perfectâ, alii imperfectâ ac infidâ solutione desinunt. Crisis perfecta est, quæ ægrum perfectè ac integrè à morbo liberat, nihilq; materiæ

morbificæ relinquit; in qua ſcilicet natu-
ra victrix victoriæ ſuæ manifeſta ſigna e-
dit: quemadmodum id eleganter *Julius
Cæſar Claudinus tr. de criſib. & dieb. critic.
part. 1. ſect. 2. cap. 1. F. Fogerolæus Synop.
meth doctr. Hippocr. in ſect. 1. aphor. pag.
67. Joh. Zinckius in comm. ſuo de criſib. lib.
1. cap. 2. Franciſc. de le Boë Sylvius Inſti-
tut. Medic part. 3. cap. 4.* & alii demon-
ſtrant. Imperfecta eſt, quæ materiæ mor-
bificæ aliquid relinquit. Fida verò & ſi-
cura dicitur, quæ morbum & ejus cauſa-
ita tollit, ut nullus recidivæ metus ſit. In-
fida, quæ partem materiæ morbificæ, v-
λύσει ſuperandam, vel minantem reci-
vam, relinquit. Perfecta & fida criſis c-
critico; imperfecta verò & infida die n-
critico accidit. Si autem alio die qua-
judicatorio febres & alii morbi acuti -
ſinant, recidivam metuere oportet. *Hi-
coac. prænot. text. 70. Cornelius Celſus
3. cap. 4.*

Reverſuri itaq; morbi ſtatuuntur, ſi
xto præprimis die judicentur; hic er-
dies non ſimpliciter & abſolutè, ſed c-
ac-

addito decretorius malus nuncupatur, quia cum periculo, infidè, obſcurè imperfecteq; judicat: contrà dies ſeptimus, decretoriorum omnium primus, judicat securè, fidè ac perfectè; & hoc adeò verum eſt, ut ferè omnes in ſeptimo die judicati vivant, pereant contrà, qui in ſexto judicantur, quia cum difficilibus ſymptomatibus, & periculo maximo, ſine coctionis & ſolutionis ſignis, & ad malum hic dies judicare ſolet, ut ſæpius monuit *Galenus lib.1. ad Glauc. cap.15. & lib.4. aphor. comm. 29. & lib 3. progn. comm.1.* & propterea diem hunc judicantem tyranno aſſimilandum cenſuit *lib.1. de dieb. decretor. cap.4.* Ex eo fit, ut qui in quarto ad pejorem ſtatum recidunt, pleriq; ſexto moriantur. Ita *Hippocrates lib.1. epidem. ſect. 2. text.76.* omnes tempeſtate illâ tertiâ ægrotantes ſexto die periiſſe ſcribit.

Verùm longè difficilius videtur, quod refert *Hippocrates lib. 3. epidem. ſect. 3. text.83.* Virginem, quæ *Lariſſæ* habitabat, ſexto die per fluorem ſanguinis narium fuiſſe liberatam. Deindè unus ex

fratribus *Epigenis* sexto fuit judicatus die
ut *Hippocrates lib.* 1. *epidem. sect.* 2. *text*
83. adfirmat; & die sexto planè posse da
ri crisin optimam docet Avicenna *fen.* 2
lib 4. *tr.* 1. *cap.* 6. Et *Hippocrates lib.* 4. *e*
pidem. plurimos ægros sextâ die fuisse ju
ditatos tradit. Ast hoc contigit, cum fe
bres paribus repeterent diebus; aliàs cri
sis in eo nunquam fit bona. Quòd si ali
quando contingat, evacuationem in e
fieri, quæ ægro conferat, impossibile ta
men est, quin pòst sequatur fortis ægri la
bor, & magnus timor; neque æger est s
curus, quin aliquid ex materia ægritud
nis remanserit, ex quo ægritudo, ut *Rh*
ses lib. 10. *ad Almans. cap.* 29. *Amat*
Lusitanus tr. de dieb. decretor. tit. de sex
die & *Zacutus Lusitanus Medic. Princ*
lib. 4. *histor.* 21. scitè meminerunt, fac
recidivam.

Melius est igitur, ut materia morbi
ca sit prius cocta ac subacta, & deindè f
in die judicatorio crisis, ne iterum m
bus revertatur; *si* enim *febris*, ut *Hip*
crates sect. 4. *aph.* 61. & *lib.* 3. *progn.* te

22. cecinit, *diebus imparibus non desinat, recidivam exspectare oportet.* Naturæ namq; moventis diebus paribus vis labefactatur. Deindè cùm natura diebus imparibus movere soleat, si ad pares recidat ejus motus, præcipitantis jam & debilitatæ naturæ argumentum est. Perturbat enim naturæ ordinem morbi materia, vel copiâ, vel pravâ qualitate, ut divina illa vis, quæ ordine, tempore & loco omnia facit, anticipare & postponere ac differre suos motus cogatur, nec eodem temporis tractu, eodemq́; circuitu excrementa aggredi ac expellere possit. Et quamvis interdum extra diem criticum, sine coctionis & solutionis signis, morbus fiat levior, ejusq́ue symptomata remittant, fidendum tamen non est, cùm sine ratione fiat; nullum enim coctionis aut solutionis signum apparuit, nulla evacuatio è corpore, vel spontè vel arte facta, præcessit: quod respiciens *Hippocrates sect. 2. aphor. 27.* ita quoque dixit: *His, quæ non ex ratione levant, fidere non oportet*, quia sunt perniciosa, sine signis coctionis præ-

cedentibus, & citra aliquam, vel sponte vel arte factam evacuationem, levantia & mortem indicant, *ut lib. 2. progn. text. 17.* optimè notavit *Galenus*. Quæcunque enim sic sine ratione levant, recidivas minantur. Proponamus, verbi gratia, ægrum. Hic primo, secundo & tertio die valdè febricitat: quarto verò statim levius habet, hoc est, melius appetit, & melius etiam, qvàm antea, dormit. Animadvertendum hîc nobis est, an id fiat cum ratione, an sine ratione. Si nullum præcessit coctionis signum, nulla evacuatio è corpore vel sponte vel arte facta, unde melius habeat, quia id sine ratione fit. Sic si die septimo aut octavo benè habeat æger, cùm tamen nulla præcesserit evacuatio, neque per sudorem, neque per urinas, neque per alvi excretionem, aut profluvium sanguinis, nullum item die quarto signum coctionis, fidendum non est. Aliquis præterea fuit à morsu canis rabidi curatus, per duos aut tres menses benè habet, post aquam metuere incipit, & pati Symptomata ea, quæ à cane ra-

do demorsis accidunt, ut tandem moriatur. Hic profectò levius quidem habuit, sed sine signis, & sine ratione: quare recidivam passus est. Idem sæpè febre pestilenti laborantibus accidit; hi enim aliquando benè habuerunt tres, quatuor horas, imò duos etiam dies, cum derepentè mortui sunt. Id sine ratione & signis accidit; latuit enim veneni vis & virus in corpore; quæ vis ubi statim emicuit, ægrum suffocavit. *Ita dolores absque judicatione solutos* inutiles judicat *Hippocrates lib. 3. prorrh. text.* 78. Quia quando evacuationes hujusmodi copiâ non sufficienti succedunt, eâ, inquam, quæ humorum peccantium multitudini respondere possit, indicium est, materiæ morbificæ aliquid intra corpus esse relictum, quod morbum reverti faciet, juxta sententiam *Hippocratis Sect. 2. aphor.* 12. & *lib. 6. epidem. Sect. 2. text.* 12. *Quæ relinquuntur in morbis post crisin, recidivas facere consueverunt.* Harum definitionem nominalem ac realem, subjectum, causas, differentias, signa tàm dia-

 gnosti-

gnoſtica quàm prognoſtica, & deim curationem in hoc tractatu breviter, p temporis ratione, perſtringemus. Dе altiſſimus arduos noſtros clementer cundet labores inceptos!

CAPUT II.

Recidivæ vocis originem examinat.

RECidivam dici cenſet *Nic. Florenti tr. 2. ſum. 3. ſerm. 2. cap. 4.* à reci verbo, quod idem ſignificat, quod ret vel iterum cado; in qua acceptione ex uſum medicum cœpit recidiva uſurp pro reditu quarumcunque rerum ad ſ tum, quem prius habuerunt, & quo aliquod tempus fuerunt privatæ. Sic en *Virgilius lib. 4. Æneid.* cecinit:

Et recidiva manu poſuiſſem pe
gama victis.

Item *lib. 7. Æneid.*

Quin & idem Veneri partus ſu
& paris alter,

Fu

Funestaq; iterum recidiva in pergama tedæ.

Solent insuper resurgentes vocari recidivantes. Medici inde usurpantes nomen recidivæ illud pro reditu morbi sumunt, qui jam solutus fuit, & iterum redit; in qua acceptione nos etiam hanc vocem sumimus. *Latini* recidivam morbi reversionem, morbi recursum atque morbum reciduum, recidivationem item vocant. *Germani* Rückfall dicunt. *Græcis*, ac inprimis *Hippocrati* ὑποστροφὴ, vel ὑποτροπὴ, morbi reversio, aut recidiva, vel etiam morbus ὑποστροπικὸς, ὑποστροφώδης, recidivus, seu revertens & renascens appellatur. Hinc ὑποτροπάζειν & ὑποτροπιάσαι legimus *lib. 2. epidem. pag. 317. vers. 39.* ὑποτροπάζειν ἀνάγκη, *recidivam fieri necesse est.* Item ὑποτροπιάζειν εἴωθεν *sect. 4. aphor. 61.* dicitur. Undè ὑποτροπιασμοὶ *aphor. 36. sect. 4.* Et *lib.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, *pag. 191. vers. 19.* Τοῖσι πολλοῖσιν ὑπο-

προπιάσατα ἡ νȣ̃σος, & *verſ.* 19. Κα[illegible] δυνεύσῃ πάλιν ὑποτροπιάσεως; & *ver*[illegible] 21. ὑποτροπιασάσης, τῆς νȣ̃σȣ. E[illegible] ponitur etiam ὑποτροπὴ *Galeno in Exe*[illegible] ἡ ἐναλλὰξ μεταβολὴ, *commutatio*, *q*[illegible] *fit permutatis vicibus*, velut cum diſcit[illegible] ab *Hippocrate* κωματώδης ἐν ὑποτροπ[illegible] Sed & ὑποστροφὴ *ægrorum converſionem* apud *Hippocratem lib* 7. *epidem. pag.* 36[illegible] *verſ.* 33. & paſſim ſæpè indicat. Φλεβ[illegible] βάρος ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσι, *in corpor*[illegible] *converſionibus venarum gravitas aderat*. Significat autem laſſitudinem maxima[illegible] ſenſiſſe, dum ſe converteret, aut reſu[illegible] geret. Rurſus *ibidem pag.* 364. *verſ.* [illegible] ἐν τῇσι ὑποστροφῇσι βαρὺς, *dum ſe con*[illegible] *verteret gravis*; hoc eſt moleſtè habere[illegible] neque facilè moveretur. Sunt etiam *li*[illegible] 2. *epidem. pag.* 315. *verſ.* 30. Item *lib.* [illegible] *epidem. pag.* 331. *verſ.* 45. *lib.* 6. *epidem*[illegible] *Sect.* 2. *text.* 12. & *ſect.* 2. *aphor.* 12. ὑπ[illegible] στροφώδεα, quæ morborum reverſione[illegible] ſeu recidivas facere conſveverunt. In[illegible]

pro[illegible]

propriè verò recidiva pars, ſeu germen atque propago, nec non ſoboles prioris ægritudinis eſt.

CAPUT III.

Recidivam apud Medicos ſolius morbi reditum non ſemper ſignificare docet.

NOn levis momenti quæſtio erit: Utrum apud Medicos recidiva ſolius morbi reditum ſignificet. Sumi poteſt hæc vox vel latè, vel propriè. In priori ſignificatione quæſtionem hanc negare, in poſteriori verò adfirmare poſſumus. In latiori ſuâ ſignificatione apud Medicos non ſemper recidiva ſolius morbi reditum ſignificat. Summus enim Medicorum princeps, *Hippocrates lib.* 4. *epidem. verſ* 357. recidivam appellat accidentium reditum in morbis. Abſceſſus namque redeuntes vocat recidivantes, id eſt, ſæpius redeuntes. Tum *lib.* 6. *epid. ſect.* 8. *text.* 34. palpebrarum tumores ſæ-

pius dicit recidivantes. Tum *sect.* 1. *c*
ac. prænot. text. 288. aurium suppurati
nes recidivantes in senibus, id est, sæp
us supervenientes, mortem adducere t
statur: Tum in *coac. sect.* 3. *text.* 2
plura accidentia supervenientia nomin
recidivantia, dum sunt redeuntia: Tu
c. 4. *sect.* 2. *com.* 1. *text.* 23. Sic dicit: *Q*
in tremoribus convelluntur, recidivant,
pluries repetunt: Tum *text.* 9. *ejusd. s*
tremulas appellat recidivas ipsos trem
res redeuntes. Inter Medicos itaque r
cidiva non pro morborum reditu solu
sumitur. Deinde *Hippocrates sect.* 2.
phor. 12. & *lib.* 6. *epidem. sect.* 2. *text.*
in morbis post crisin, seu judicatione
imperfectam, humores relictos recidi
facere asserit; quoniam verè ex relictis
morbis humoribus non morbus tantu
sed ejus quoque accidentia redeunt; hi
de omnibus etiam recidiva verificatu

Pro solo verò reditu morbi, qui p
us fuit solutus, recidivæ propria mili
acceptio. Videmus hoc ex nuper cit
Hippocratis sententia *sect.* 2. *aphor.* 12.

li

lib. 6 epidem. sect. 2. text. 12. ubi superaddit, quod *quæ relinquuntur post crisin, facere consueverunt recidivas.* Cùm autem propriissimè morbus ibi dicitur judicatus, de ipso quoque propriissimè dicitur recidiva. Medicus insuper in curatione per se primum respicit morbum, tanquam illum à quo in corpore humano actiones læduntur, & à quo indicativa curatio sumitur; si ergò jam solutus per se primò redeat, à Medico meritò recidiva illius attenditur, ex qua curandi ratio sumitur. Et demum recidivam consideramus ut accidens, quod morbo recidivanti supervenit; sicut & reliqua concomitantia, aut supervenientia accidentia: de eo ideò propriè dicitur.

CAPUT IV.

Recidivæ morbi definitionem ventilat.

IN Logicorum schalis tractantur definitiones perfectæ & imperfectæ. Perfe-

ctæ totam definiti naturam exactè declarant. Imperfectæ verò rem, ut possunt declarant, licèt verum earum genus, aut differentia exacta plerumque omittatur. Recidivæ morbi multæ quoque definitiones ubique circumferuntur, quæ tamen omnes imperfectæ ferè videntur, cùm totam definiti naturam non exponunt. Sic *Nic. Florentinus tr. 2. sum. 3. serm 2. cap. 4.* recidivam docet esse, dum convalescens retrocedit in ægritudinem pristinam. *Oddus de Oddis in comm ad aph. 12. sect. 2. Hipp.* dicit: quòd sit ejusdem morbi reiteratio, qui paulò antea quievit, à causa interna. Recidivam appellat *Paulus Zacchias quæst. Medico-legal. tom. 1. lib. 2. tit. 3. quæst. 14.* morbum factum ex reliquiis præcedentis morbi jam prægressi. Elicit similiter hanc definitionem ex *Hippocratis aphor. 12. sect 2.* Non enim semper, quando quis de recenti ægrotavit, & paucis interjectis diebus denuò ægrotat, recidivam contigisse dicendum; siquidem potest posterior morbus aliam habuisse causam, & sic non provenisse

nisse ex reliquiis præcedentis infirmitatis; in quo casu posterior morbus non est dicendus recidiva prioris. Recidivum definit Acutissimus *Micrelius in Lexic. Philosophis. pag.* 1205. quod denuò concidit, postquam ex causa est restitutum. Hînc febres dicuntur recidivæ, in quas à morbo liberati, denuò incidimus. Et febres recidivas nominant *Franciscus Joel Medicin. Practic. tom. 5. lib. 1. de febr. sect. 4 pag.* 80. Et *Anton. Deusingius Id doctrin febr. disp.* 10. §. 22. *thes.* 77. ubi quidam per aliquod tempus liberati, rursum post octiduum, aut citius, tardiusve denuò in easdem incidunt. Vel recidivas vocant febres, quæ brevi post curatas jam febres recurrunt. Recidivam adpellat *Jacobus Primirosius Enchirid. Medic. part.* 3. morbi, qui extinctus videbatur, reditum. Alii contendunt, quòd recidiva sit relapsus ex vi morbi soluti in eundem.

Nobis accuratiores videntur ejusmodi definitiones, quæ magis totam definiti naturam declarant. *Recidiva est ejusdem morbi reiteratio, qui paulo antea quievit. à*

causa

causa intrinseca; seu ex vi morbi soluti re-lapsus in eundem. Vel: *Recidiva est redi-tus ejusdem morbi soluti ex toto, paulò an-tea in se ipsum, ex vi morbi soluti.* Ulti-mam hanc definitionem secundũ omnes partes & verba ipsa examinare operæ pre-tium est. Particula *Reditus* generica est, sub qua omnes reditus ad statum, in quo res fuerunt, comprehenduntur, simul & reditus accidentium, alterationis causæ morbificæ, & ipsius morbi. Particula *Morbi* excludit rerum reliquarum redi-tus, qui non pro usu medico habentur, & reditus alterationis causæ, & accidenti-um, quorum recidivæ. Pro curatione non attenduntur, sed solius morbi, à quo per se primò à Medico indicationes cura-tivæ sumuntur. Particula *Ejusdem* exclu-dit à ratione recidivæ reditum, seu super-venientiam alterius cujusvis morbi, qui post cujusvis morbi terminationem po-est subsequi. Particula *soluti ex toto*, no-vas excludit ingravescentias morborum, qui sine eo quòd solvantur, solent denuò postquam, remiserunt, ingravescere; hin

Hi

Hippocrates in *epidem* dicit, quod morborum alii essent recidivantes, alii redeuntes, id est, ante solutionem ingravescentes. Excludit pariter particula. *Ex toto* accessionum reditus; redit enim accessio, quæ tantùm morbi pars est, non tamen totus morbus, ex toto solutus, quia solum secundũ partem sui determinatam erat solutus. Particula *paulò antea* morbos excludit similes, post multũ temporis intervallũ, ex novis causis supervenientes. Ab hoc abstrahit particula *in se ipsum*, quòd sit in se ipsum secundum numerum, vel secundum speciem; & sic excluditur unius morbi transmutatio in alium specie distinctum, ut si tertiana in quartanam mutetur. Recidiva namq; semper debet esse idem quid cum priori morbo, & ab hujus reliquiis dependeat; undè febrium etiam intermittentium paroxysmi, item morbi consequentes, quando scilicet unus morbus alterius causa est, non sunt veri morbi recidivi. Connexionem autem necessariam morbi recidivantis superaddit particula *Ex vi morbi soluti*, cum eo, qui præcessit; siquidem ratione alicu-

jus causaliter aut occasionaliter, quo[d] præcessit in morbo antecedente, deb[e] novus subsequi insultus, qui recidiva [sa]lutatur; non esset aliàs idem morbus r[e]cidivans, quamquam esset ejusdem spe[ci]ei. Ad recidivam etenim requiritur p[ri]mi insultus morbi solutio integra. S[ic] *Hippocrates lib.1 epidem. sect. 3. text. 2[...]* de *Hephicratis* uxore scribit, quòd 27. d[ie] libera fuerit à febre, & postea recidivav[e]rit. Item *Hermocrates lib.3. epidem. se[ct.]* 1. *ægrot.2.* dicit, quòd liber evaserit à f[e]bre, & post plures dies redierit febris. [I]tem *sect.3. text.79.* de *Anaxione* loquitu[r] *Hippocrates*, quòd 20. die fuit à febre l[i]beratus, & iterum febricitavit, 27. di[e]. Item *lib. 1. epidem. sect. 2.* & 3. nec no[n] *sect. 4. aphor.63.* recidivantem morbu[m] tenet intermittere seu solvi, cùm no[n] possit dari in se ipsum reditus, si ipse no[n] esset solutus.

Requiritur deinceps pro recidiva mo[r]bi reditus; si enim solus novus insultu[s] seu incrementum sufficeret, accessione[s] exacerbationes, & quæcunque morbo[rum] incrementa essent recidiva. E[...]

Et denique morbi reditus debet esse ex
i primi morbi occasionaliter, seu causa-
ter; per hoc enim constituitur ratio re-
idivæ quasi distinctæ à quibuslibet aliis
upervenientibus morbis, ab aliis causis
ortum trahentibus, nec connexionem
um primo morbi insultu habentibus. U-
aquæq; postea recidiva debet unitatem
liquam habere inter primum & secun-
dum morbi insultum, quæ in illegitima
olùm posset in hac connexione salvari.
De legitima idem adfirmat passim *Hippo-
crates*, inprimis *sect*. 2. *aphor*. 12. & *lib*. 2.
epidem. *sect*. 1. *text*. 97. ubi ex relicta, post
crisin imperfectam, materia, morbi reci-
divam infert, ob insultum novum ex ipsa
timendum. Et *Galenus lib*. 1. *de dieb*. *de-
cretor*. idem confirmat, ubi copiosam
materiæ desiderat excretionem, ut vite-
tur recidiva, ob connexionem novi insul-
tus cum causa primi morbi relicta.

Videtur quidem hæc definitio febri
convenire accessionali, in qua soluto mor-
bo fit illius ex vi causæ antecedentis redi-
tus. Verum enim verò, morbus alius

est

est ex toto solutus, secundum se totum
lius est secundum partem sui solutus,
licet secundum unam aut alteram, acc
sionem. Totus morbus accessiona
secundum se totum finiatur, si iterum
deat, dicitur recidivare; sed dum re
illius accessio, non dicitur recidiva, (q
non est reditus morbi, ex toto soluti,
novæ accessionis, morbo nondum
luto.

CAPUT V.

Recidivarum subjectum proponit.

AD curandi rationem maxi conducit morbi subjectum n visse, teste *Johanne Ferne præfat. in lib. 5. patholog.* cu nullus unquam morbus planè cognit penitusque perspectus esse possit, nisi queat, quæ in humano corpore sedes p mario laboret, quis in ea sit affectus

n. un

unde is processerit; utrum in ea sede
enitus κατὰ πρωτοπάθειαν, an aliundè
rofectus hic κατὰ συμπάθειαν; an de-
ique causa aliqua interior illam foveat.
ubjectum itaque, in quod recidivæ su-
m vibrant telum duplex hic considera-
ius, *ut quod* nimirum, & *ut quo*. Prius
st totus homo, animâ rationali & corpo-
e animali constans; de eo enim prædi-
atur, quod recidivis laboret. Posteri-
is est corpus humanum, partes ejus cum
nteriores, tum exteriores comprehen-
iens, omnes, quas morbi, quorum na-
ura recidivis præprimis exposita est, oc-
upant & infestant. Corpus enim hu-
nanum, bona constitutione præditum à
norbo semel curatum, non patitur reci-
ivas; at malè constitutum, ut pluri-
num relabitur. Robur etiam partium
ausam morbificam perfectè dissolvit; ast
uando est imbecillitas, ut in malè habi-
is inperfecta fit humorum excretio.

Morbi verò ejusmodi recidui corpo-
is partes, tàm interiores, quàm exterio-
es, adfligentes, plerumque maligni &
ma-

mali moris sunt. Illi enim naturam
modum debilitant, ut vix possit à c
morbifica se ita perfectè liberare, qui
liqua supersint reliquiæ, recidivam
ducturæ. Et quantò morbi longiores f
tantò magis obnoxii recidivæ, quantò
rò acutiores, minus revertuntur. M
bi diuturni fiunt à materia crassiori &
gidiori, quæ difficilius concoquitur &
vacuatur. At morbi acuti ex materia
nuiori fiunt, quæ facilius præpara
& excernitur. Morbi qui ab atra b
variis & mixtis humoribus, viscidis, c
sis & perversis oriuntur, recidivas f
re solent. Illi enim humores max
rebelles sunt, & à natura perfectè s
gi & edomari nequeunt; unde recid
solent exoriri. Contrà verò morbi,
à sangvine, bile, pituita, succo pan
atico, aut aliis humoribus producun
qui nullam malignitatem acceperu
simplicesque existunt, & qui neque
piâ hominem gravant, nec crassitie
lentore sunt præditi, nullam recidi
minantur, cum natura facillimè s
sa

sarcina humorum, nullam contumaciam præ se ferentium liberet. Qui morbi in hyeme, vere aut primâ æstate contingunt, non solent facere recidivas: qui verò solent autumno contingere, illis maxime obnoxii sunt. Hieme namque & vere calor nativus potentissimus est, & noxios humores efficaciter dissolvit. Autumno verò maxime debilis est & exhaustus ex prægressæ æstatis exsolutione; ideò vix potest causas morbificas integre discutere.

Tàm diuturnos autem, quàm acutos morbos, singulas corporis partes obsidentes, non rarô recidere, Medici, ex veterum & recentiorum ordine illustres, ut *Iul. Cæsar Claudinus, Joh. Crato, Hier. Mercurialis, Franciscus Valleriola, Phil. Höechstetterus, Amatus Lusitanus, Hugo Bentius, Baldassar Brunnerus, Marsilius Cagnatus, Tobias Coberus, Diomed. Cornarius, Remb. Dodonæus. Joh. Fernelius Rodericus à Fonseca, Joh. Langius, Dionys. Fontanus, Wolfg. Gabelhoverus, Felix Platerus, Christoph. Guarinonius, Reiner. Solenander,*

nander, Joh. Baptista Sylvaticus, Gui
mus Ballonius, Greg. Horstius, Jodoc. L
mius, Barth. Montagnana, Petr. Poter
Laur. Scholtzius, Zoroaster Tinellus,
ctor Trincavellius, Barth. Turrianus,
ton. Maria Venustus, Joh. Petr. Lotich
Phil. Grülingius, Baldassar Timæus
Güldenklee / *Augustinus Thonerus, C*
lus Piso, Guernerus Rolfincius. Joh T
Binningerus, Raymundus Joh. For
Thirmairius & alii in suis consiliis,
servationibus & epistolis testantur.

Ut autem morborum, facilè recidiv
tium, in quacunque ferè corporis pa
natura magis pateat, aliquot testimo
& observationes non ex jam recensitis
lùm, sed ex aliis quoque *Autoribus* in
dium sumus producturi. Ita in capiti
cerebri adfectibus catarrhorum dolor
que capitis vel gravativorum, vel rod
tium, denuò excitatorum, vel denuò p
ductorum meminit *Frid Deckerus. Ex*
Medic. Practic. circa meth. med. ca
pag. 586. *Ex capitis* autem *gravedin*
raucedine laborantibus, ubi febre co
p

piuntur, morborum reversiones ferè non fieri scribit *Hippocrates lib.6. epidem sect. 3. text. 6.*

Mentis emotionem ab apoplexia de recrudescente paroxysmo metum relinquere ex sententia *Hippocratis* tradit *Gothofredus Mœbius Institut. Medic. lib.3. part. 3. cap. 3.* Et oblivionem malam ab apoplexia vel epilepsia judicat, cùm malorum notet reversionem.

Recidivam in epilepsia, post aliquot tempus, ex novo terrore alterius epileptici, qui in templo ceciderat, passa est filia sartoris cujusdam apud *Felic. Platerum lib. 1. observ.* præter semel duntaxat ægros exagitantes epilepsias, alias quoque notavit *Franciscus de le Boë Sylvius Med. practic. lib. 2. cap. 20. §. 25. & 51.* frequentiores, multiplicibus paroxysmis eosdem ægros adfligentes, & nunc brevioribus, nunc longioribus intervallis recurrentes. Quod egregio etiam exemplo comprobat *Christoph. Roeselerus Ann. . Ephemerid. Curios. Germanic. obs. 317.* Epilepsiam recurrentem à sinistri pedis

pollicis læſione ortam notavit *Greg. Alb*
Merclinus Ephemerid. Curioſ. Germani
Ann. 6. & 7. obſ. 77.

Ex tremoribus, inquit *Hippocrati*
lib. 1. prædict. ſect. 2. text 105. quæ convu
ſiones accedunt, cum ſudoribus recidiv
minantur. In his judicationem facit n
vus obortus rigor, qui prius ardore circ
ventrem oborto provocatur. Aphoriſmu
hunc *coac. prænot. text. 348.* repetit illi
addit, *quod ſomnus in his multus co*
vulſionem minetur, ac mictio moleſta

Motuum convulſivorum cauſam ſt
tuit *Gothofredus Mœbius Inſtitut. M*
dic. lib. 2. part. 2. cap. 10. vaporem,
humorem tenuem ac ſeroſum, malignu
& pravum, qui facilè hinc inde movet
& nunc hujus, nunc illius nervi, vel p
rium principia vellicat, nec in uno lo
fixus hæret, qui tamen, dum non pla
& facilè diſcuti poteſt, eadem loca p
intervalla repetit, & infeſtat, vel nov
ſubindè ſubminiſtratur, talem conv
ſivum motum ſatis diuturnum, aut c
brius repetentem excitans.

Mer

Mercatoris cujusdam primarii filiam aphonam convulſam fuiſſe curatam, & poſtea recidivam ipſam eſſe paſſam ſcribit *Phil. Hoechſtetterus obſ. part.* 1. *decad.* 4. *caſ.* 1. Et *decad.* 5. *caſ.* 1. Patrem Jeſuitam Spaſmodicâ abdominis affectione laborantem recidivam incurriſſe legimus.

Auris intenſum dolorem, cum febri acuta, & cæteris aliquanto gravioribus ſignis, jam ad ſuppurationem cum delirio minus vehementi redactum, multis ætate provectioribus reverti, ac proinde ipſos interficere docet *Hippocrates coac. prænot. text.* 189.

Multis verò ætate provectioribus revertitur hic morbus, ob mitiorem temperamenti calorem, & quod pepaſmus & excretio inchoentur duntaxat, non verò perficiantur, ut interpretatur hæc verba *Joh. Jonſtonus in comm.* Interficere quoque ſolet hic morbus, propter vires poſteriori morbo impares, quas prior infregit.

Vocis defectiones, cum virium exo-

lutione in febri acuta ſine ſudore letha-
les, cum ſudore verò minus, cum tempo-
ris diuturnitas ſignificetur, & cum mor-
bi reverſione ſecuras eſſe cenſet *Hippo-
crates in coac. prænot. text. 256. Vocis iſt-
defectiones, ut Joh. Jonſtonus* commenta-
tur, à copia humorum nimia exoriun-
tur. *Virium exolutio* à Spirituum vita-
lium & animalium inprimis oppreſſione
procedit. *Quæ in acuta accidunt febre*
ea ſcilicet, quæ celeriter hiſtoriam ſuam
abſolvit. *Quæ ſine ſudore fiunt*, id eſt
quæ ſudore critico imperfecto fiunt. *Le-
thales ſunt*, ob naturæ imbecillitatem
& humoris contumaciam. *Cum ſudore
vero*, minùs lethales ſunt, quod is natu-
ram morbo ſe opponere indicet: quæ
collectis per momenta univerſis viribus
ſæpè vincit, aliquando fracta ſuccumbit.
Temporis diuturnitas ſignificatur, pro-
pter morbi & naturæ colluctationem.
Ex morbi reverſione ſecuriſſimè habent
reliquiis ſuperſtitis materiæ recidivam
poſt criſin imperfectam excitantibus. E
quòd natura, redintegrato quaſi certa-
mine

mine, paulatim materiam concoctam, per sudorem excutiat.

Ex thoracis adfectibus non raro pleuritis, tussis, asthma, febres, &c. recidivare videntur.

Quando post sufficientem sanguinis missionem in pleuritide symptomata remisere, ægerque ab hoc adfectu magnam partem levatus videtur, catharticum quoddam exhibendum jubet *Thomas Sydemham in meth. curand. febr. pag.* 112. secus enim periculum est, ne pleuritis, cùm sua natura sit admodum recidua, iterum recrudescat. Exemplum pleuritidis hujus recidivæ egregium adfert *Frider Deckerus Exerc. Medic. Practic. circa meth. med. cap.* 7.

Tussis & asthmatis, sæpè recidivantium, exempla largiter nobis suppeditat *Joh. Petrus Lotichius lib.3. cap.* 1. *observ.*5. item *cap* 2. *obs.* 1. *&* 3.

Purulentos moderatius habentes, si sputa graveolentia consequantur, recidivam interimere memorat *Hippocrates in coac. prænot. text.* 406.

Ejus-

Ejusmodi purulenti sunt tales, *Joh. Jonstonus in comm.* exponit, vel pu in vomicam pulmonum collecto, vel thoracem rupto. *Moderatius*, quo dispnœam, tussim, sputum, febrem dolorem habent. *Sputa graveolent consequuntur*, ob putrilaginis gravitate caloris nativi extinctionem, & extram vehementiam, *Eos recidiva interim* propter graviorum symptomatum r gressum, ad quæ major infirmitas sup venit. In mortis quippe thoracis, p tium à vomica insessarum, integrit maximè necessaria est; nam si ulce occasione, & puris inclusi putredi corrumpuntur, earumque calor innat novo succi pravi adfluxu obteritur, ctum est.

Inter omnes autem morbos nil magis recidivum est, quàm febris. H ipsum luculenter confirmat *Hippocra coac. prænot. text.* 80. *Febres si alio quàm judicatorio desierint, recidivam m tuere oportet.* Sic *text.* 144. *Quibus pius in febribus recidivæ, contingunt,*

sextu

ſextum menſem ſuperaverint, in tabem coxariam ferè incidunt Hoc eſt, ut *Gregor. Horſtius* commentatur; *Quibus recidivæ contingunt* in febribus continuis diuturnis & propter materiæ eruditatem protractis; *his, ſi ſex menſes exegerint, tabes coxendicum leniter accedit*, quando temporis nimirum diuturnitate circa coxæ muſculos cruda materia peccans decumbit; undè pars illa labefactatur, & genio ſuo defraudatur; quapropter tabes particularis ſubſequitur. Confer. *Joh Jonſtoni comm. ad hunc text.* Et *text.* 146. *Febres, quæ neque diebus criticis, neque poſt apparentes ſolutionis notas dimittunt, repetere ſolent.*

Si febris (quartana) *quievit*, ait *Cornelius cælſus lib. 3. cap. 16. diu meminiſſe ejus diei convenit: eoq; vitare frigus calorem, cruditatem, laſſitudinem; facilè enim revertitur, niſi à ſano quoq; aliquandiu timetur.*

Febres etiam recidivas dari ex *Hippocrate* admodum eleganter demonſtrat *Guernerus Rolfincius ord. & meth. cognoſc.*

& curand. febr. general. cap. 58. earumque causam internam esse censet 1. Materiam seu cacochymiam superstitem, quæ denuo putrescens febrim renovet. 2. Intemperiem visceris novam, quæ generet materiam, ex quâ brevi nova recrudescat febris, etiamsi bonâ æger utatur diætâ. Imprimis autem recidivam febrim dicit eam, certas has quæ habet conditiones: 1. Ut repullulet è reliquiis febris præcedentis ad differentiam earum febrium, quæ convalescentibus, ob errorem in diæta, iramve superveniunt. 2. Ex hac nascitur altera recidivæ febris conditio, ut specie sit eadem cum febre prima, ad differentiam earum febrium, quæ diversæ sunt speciei, ut: cum ex intermittente tertiana, fit tertiana continua. 3. Tertia recidivæ febris conditio est, ut in declinatione universali cesset. Hinc paroxysmi febrium intermittentium non dici possunt recidivæ. Et talis recidiva febris est interdum una febris cum præcedente, interdum ab ea diversa. Una est, ratione causæ & essentiæ

tiæ, si ab eodem orta fuerit humore, neque vera prioris prægressa fuerit morbi cessatio. Una non est, cum ex nova fit materia priore febre non perfectè curatâ. Hoc cum contigit, novam etiam criticorum dierum secum fert computationem.

In febri maligna, discussâ jam malignitate, morbo, coctâ jam materiâ, ad declinationem vergente, ægro melius habente, si vires, ferre possint, fomitem adhuc superstitem, & pravorum humorum reliquias, funditus, purgatione institutâ, eradicari posse, ne recidiva fiat, monet *idem lib. 4. consil. 8.*

Febres publicè grassantes in fine autumni fuisse longiores & contumaciores, paucos tamen & eo tempore mortuos esse, nonnullos esse recidivam incurrisse scribit *Petrus Forestus lib. 8. obs. 41.* idque ob duplicem causam; primùm, quia inordinatum vivendi modum sibi elegerunt; deinde, quoniam materia prava & occulta in priore febre non fuit arte vel naturâ evacuata; hinc post cri-

ſin relicta illa materia prava & occulta re-
cidivas fecit.

Febris epidemia ab Auguſto menſe 1669. ad finem Januarii 1670. in *Leidenſis* urbis incolas ſæviens, aſſerente *Franciſco de le Böe Sylvio*, *Med. Practic. lib.* 4. *tr.* 10. §. 7. 8. 9. 10. *&* 42. recidivam habuit frequentem. Nec tantum acutus fuit, & gravibus ſymptomatibus, comitatus, adeoque plures brevi necans hic affectus, ſed chronicus etiam, diu alios crucians, & tandem ſimiliter interimens. Imprimis recidiva frequens plurimos afflixit graviſſimè, nec tantum ægros temerarios, ſuique negligentiores, verum continentes quoque, atque ſui curam exactiorem obſervantes: ita fuerunt ab illo non ſolum fractæ & attritæ plerorumque vires, ſed etiam, quod maximè conſiderandum & notandum, corrupti & malè conſtituti ab ipſo plerique in corpore humores: qui à minima cauſa externa, etiam inevitabili, mox iterum turbabantur, & novas in corpore adhuc ægro procellas prioribus non multum diſſimi-
les

les concitabant, quin ſæpe graviores ac periculoſiores. Præter ſymptomatum igitur varietatem & gravitatem cum aliis epidemiis adfectibus multis communem, adfectui huic magis propria, quippè rarius eveniens, fuit ejus perdurans diuturnitas, & recidiva non una, ſed frequens, & ad minimum in diæta erratum accidens.

Licet verò hæc febris maligna & contagioſa fuerit recidiva, non tamen omnis ejuſmodi moris erit. Seminaria qvidem maligna & contagioſa ſæpè multis diebus durant, & nova quotidiè ex corporibus infectis exhalant; accidit nihilominus, quod illi, qui ſemel ex morbo convaluerunt, & aërem, μιάσματα continentem, attraxerunt, non iterum ſæpius in morbum recidant. Ad hoc cum *Joh. Cratone à* Krafftheimb *epiſtol. medicinal.* 105. *à Laur. Scholtzio edit.* reſpondemus, à conſuetis nos minus affici. Eſſe autem agentium naturaliter eam vim, ut aliquo modo paſſum aſſimilent. Itaque naturam in illo conflictu conſue-

ſcere quaſi, minusque ſeminaria fortè hauſta noxia jam etiam expurgatis cor-poribus eſſe: contagii etiam & fœtori magnam eſſe ſimilitudinem. Sic multi in locis ſordidis habitantes, fœtidis & impuriori aëri aſſueſcunt, ut non affici-antur, cum læduntur ſani, qui eos ac-cedunt.

Idem in peſte fit, in qua ex ſalubri aëre advenientes facilius afficiantur, quàm ii, qui cum ægris ſunt converſati. Quidam tamen etiam ſecundâ vice la-borant, ſicut & in peſte contingere vi-demus. Eſt enim ſemper interagens & patiens proportio quædam; ſi patiens fortiter reſiſtit, non fit impreſſio, ſi de-bilius & languidius eſt, in pugna ſupera-tur. Multis autem modis patiens ſæpè munitur, ne agens vim ſuam exſerere poſſit.

Non infrequentes ſunt febres inter-mittentes aſthmaticæ, malignitatem ſæ-pè non parvam præ ſe ferentes à comite aſthmate, nunc graviore, nunc leviore ita dictæ, in quibus abdominis diſten-

tio,

tio, atque præcordiorum anxietas præcedere solet, atque illis remittentibus, difficilis respiratio & verè astmatica sequi, quæ una cum paroxysmo, ut plurimum satis diu, & aliquando ad unum vel plures dies durante, minuitur, & tandem cessat; nonnunquam illo sublato perseverat. Talismodi febrem asthmaticam observavit *Franciscus de le Boe Sylvius prax. Medic. lib.* 1. *cap.* 30. §. 11. decimo quarto die aliquandiu recurrentem, atque per plures dies vicibus singulis ægrum satis molestè afficientem, nisi convenientibus & quoad anxietatem, & quoad durationem minuta sit medicamentis.

Recidivas crebras in peste ex erratis provenire arbitratur *Thomas Jordanus pest. Phœnomen. tr.* 2. *cap.* 9. Nam si materia per inguina excernatur, aut ulcera totum corpus obsideant, interdum ex malignitate materiæ, erratis Medici, ægri, & familiarium ministrorum, eam concipiunt ulcera contumaciam, ut torrente affluentium humorum exasperatâ,

dolorem, vel prioris mali haud satis p[...] purgatis cineribus, ceu Phœnix alter, fe[...] bres novæ ex recidiva exoriantur.

Verùm quid horum & aliorum Viro[...] rum illustrium autoritates valerent, ni[...] exempla eorum, qui febrium recidiv[...] laborarint, rei certitudinem quoque n[...] bis ostenderent. Sic recidivas in febri[...] bus ardentibus, quotidianis, tertiani[...] quartanis, malignis, epidemicis, pet[...] chialibus & pestilentibus notarunt *Rh[...] ses in lib. de mirabil. cur. Joh. Petr. Lotich[...] us lib. 1. cap. 5. obs. 11. 14. cap. 6. obs 2. ca[...] 7. observ. 14. cap. 8. obs. 2. lib. 4. cap. [...] obs. 9. Frid. Deckerus Exerc. Medic. pr[...] ctic. circa method. med. cap. 5. & 6. Sim[...] Schultzius Ephemerid. curios. Germani[...] Ann. 6. & 7. obs. 161.* & alii.

Ventris inferioris morbi recidiva[...] tes, tales ut plurimum reperiuntur: v[...] mitus sanguinis & aliorum humorum, d[...] lor colicus, dysenteria, icterus, lienis tu[...] mores, affectio hypochondriaca, hydrop[...] calculus renum ac vesicæ, &c.

De vomitibus recidivantibus, vari[...]

& permixtis, ita eleganter ſcribit *Hippocrates coac. prænot. text* 122. *Crebræ, iiſdem perſeverantibus caſibus morborum reverſiones, impedente judicatione ſanguinem profundentes, nigram vomitionem excitant. Quin etiam tremulos ægros faciunt.* *Textum* hunc ſic explicat *Proſper Martianus in comm.* *Quicunque circa judicationem frequenter eodemq; modo ſemper ad vomitum reverſiones* (ὑποστροφὰς, non ad morborum recidivas, ſed ad vomitum repetitiones refert, & pro αἱματώδεες, ἐμετώδεες quoque legit) *habent*, (irritatâ continuo naturâ, non à vitio in ſolidis partibus hærente, nec à materia cruda; additur enim circa judicationem, quando & partiũ ſolidarum affectiones mitiores fiunt, & materia cruda pepaſmo maturata eſt: Sed à materia contumaci, quæ vel continuo in ſtomacho generatur, vel à vicinis partibus vomitionum occaſione in eundem confluit) *hi tandem vomitum nigrum incurrunt* (quod tum humor atrabilarius, qui inter omnes corporis humani humores viſcoſiſſimus
eſt,

eſt, & diuturnas ſedes facit, educatur
& tremorem concipiunt (nervoſo gener
ad ventriculi læſionem compatiente.) Si
autem *textum* hunc exponit *Gregor. Hor*
ſtius in comm. Frequentes per eadem re
cidivæ, quando ſcilicet in acutis febri
bus imperfectè judicatis ex reliquiis pec
cantis materiæ, accedentibus cauſis ex
ternis, denuò fiat exacerbatio: *circa ju*
dicationem vomitiva, nauſeabunda vid
licet alvi & ventriculi proritatione ſe
offerente; *nigrum vomitum cient*, ob co
piam peccantis humoris aduſti, qui cir
ca concoctionis membra fuit collectus,
recidivæ præbet originem; *inducunt ve*
rò etiam tremorem, ob debilitatem ner
voſi generis, viribus diuturnitate mor
fractis. Aliam adhuc *textûs* hujus ex
plicationem adfert *Joh Jonſtonus in comm*
quæ ibi videri poteſt.

Sic etiam vomitum ſanguinis enor
mem cum dejectionibus nigris paſſa eſt
in eumque recidit multoties mulier qua
dam cœlebs apud *Gregorium Horſtium*
lib. 4. obſ. 5.

I

In vomitum ſangvinis nigricantis in-
dit Doctor quidam, referente *Franci-
o Oſvvaldo Grembſio Arb. integr. & rui-
oſ. hom. lib. 2. cap. 1. §. 3. num.* 40. die
rimo vomuit libras tres; die ſecundo
bras duas; detractus eſt ſangvis ex ſal-
atella, & præſcriptus clyſter abſtergens;
rocus martis cum ſirupo myrtino per
s exhibitus; cataplaſma lieni applica-
um; poſt novem horas iterum vomuit;
media fuerunt repetita; quantitas ſan-
uinis exceſſit quatuor menſuras; qui-
s imperata fuit; acidulæ cum vino ru-
ro propter ſitim & virium languorem
onceſſæ; clyſter iterum injectus; delecta-
us eſt acidulis & poſthac nihil amplius
omuit, ſed poſt aliquot menſes recidivus
actus eſt ut ultra ſeptem menſuras ſan-
uinis vomuerit, ex quo mortuus eſt.

In doloribus colicis, à quacunqve
auſa productis & curatis optimè notat
*Frid. Deckerus Exerc. Medic. Practic. circ.
meth. med. cap.* 6. alvum ſolutam eſſe ſer-
andam clyſtere, vel alio ſolutivo medi-
camento, ne facilè recidivam alias pati-

antur

antur curati ægrotantes: qualia colico-rum recidivantium exempla nobis exhi-bet *Joh. Petr. Lotichius lib. 4. cap. 6. co-4. & 5.*

In dysenteriam gravissimam, animi deliquio, & summis ventris doloribus conjunctam, incidit post quartanam lon-gam mulier illa, quadraginta propemo-dum annos nata, cujus mentionem facit *Frid. Deckerus Exerc. Medic. practic. cir. meth. med cap. 6.* adversus quam dysen-teriam varia usurpavit remedia optima semper cum successu; ast statim recidi-vam iterum fuit passa: ubi felicissime hic practicus mixturam aliquam, condi-tum & clysterem sæpius iteratum præ-scripsit, quorum beneficio â doloribus animi deliquio & dysenteria fuit liberata.

Morbum regium, qui ante septimum diem in febres incidit, calamitosum judi-cat Hippocrates coac. prænot. text. 121. sect. 4. aphor. 62. Quæ enim febres bi-liosæ solvuntur, ad cutim criticè bi-le transmissâ, ex bile crassiore ortum di-cunt: qualis bilis coctionem admittere

ar-

te diem ſeptimum non poteſt: addi-
us, quod febres bilioſæ, quæ ante ſe-
imum terminantur, aliâ potius evacua-
one, ut alvi fluxu, aut ſanguinis, quàm
r cutim finiuntur. Hujus autem *a-
oriſmi* veritas potius experientiâ, quàm
rtâ ratione conſtat. Licet enim fe-
res plurimæ ardentes, eæque bilioſæ
ſſint tertio die, aut ſaltem quinto per
orbum regium ſalutariter expurgari,
perimur tamen juſtâ obſervatione quo-
dianâ, morbum regium in acutis febri-
us ſæpius lethalem, aut undè vix ægri
evaleſcant: Quidam ſexto die factus au-
ginoſus, commotâ alvo, bilioſa deje-
it, urinas minxit, quales auriginoſis,
igras & multo intinctas felle: febris in-
ermiſit, ambulavit, qui ſibi omninò li-
eratus videretur, decimo quarto reci-
it, decimo ſeptimo obiit. Aliis duo-
us idem accidit: alii ſine excretione &
ecidiva obierunt. Quidam admodum
obuſtus indè revaluit, ſed diutius labo-
avit, multis interpoſitis recidivis, mul-
is caſibus, iiſque gravibus & periculo-

ſis ſubindè interjectis. Plurimi ap
Hippocratem in epidem. ante ſeptim
diem auriginoſi facti ſervati ſunt,
nonniſi quibus aut ſanguis è naribus p
fluxerit, aut vomitus vel alvi dejectio
ciderit, vel urina eruperit, idque ju
aut copiosâ evacuatione, & cum viri
robore. Non tamen is icterus, qui p
ſeptimum incidit, periculi expers e
perſeverare namque poteſt hepatis g
vis obſtructio, & inflammatio. In
ctero critico coctionis ſigna in urinis
parent, & alvus fertur laudabilibus e
crementis Videantur *Galenus, Jacob.*
Hollerius, Joh. Heurnius in comm. ad hu
aphor. 62. ſect. 4. Hipp. Amatus Luſitan
centur. 3. curat. 49. Joh. Jonſtonus com
in text. 121. coac. prænot. Hipp. & alii.

Secundum directionem laterum
præcordiorum contenſiones laborioſa
tum verò lienis tumores, & ſanguini
naribus eruptiones fieri debere, ſcrib
Hippocrates lib. 6. de morb. vulg. ſect.
text. 12.

Quæ enim poſt judicationem reli
quun

untur, recidivas facere ſolent. Pri-um igitur in lienum tumoribus, niſi in ar-ulos deſinant, vel ſanguinis è naribus e-ptio, vel præcordii dextri contenſio fiet, ſi urinæ exeant, & viam quodammodo i faciant. Sunt enim velut utrorumq; terceptio. Atque ſic quidem merito ho-m recidivæ fient, &c.

Hydropem omnem facilè fieri reci-vum, cum hepar & cætera viſcera cor-pta jam ſunt, nihil novi practicis Me-cis eſt; teſtantur idipſum *Joh. Schencki- in obſ. ſuis pag.* 436. & *Frid Deckerus erc. Medic. pract. circ. meth. med. Cap.* 8.

Aquam intercutem, quæ curationi ſſit, ubi recurrit, ſpem tollere dicit *Hip-crates coac. prænot. text.* 460. Solus im ille hydrops depelli poteſt naturæ el artis beneficio, qui vel ex ſola ſeri col-ctione & ſuppreſſione, vel materiæ fla-oſæ copia, ſine ſcirrho hepatis vel lie-s confirmato, corruptela ſubſtantiæ e-ſdem, maraſmo retorrido, aut hectica teſtinorum intemperie ortum habet. is poſitis, etſi commotâ alvo multa ex-

purga-

purgari possint, & venter etiam deturn
scat: recrudescit tamen malum, maa
ex eo lethale, quod vires ex infirmita
morbi magis prosternantur; spiritus
effusione aquæ dissipentur, & viscera d
orsum magis inclinent.

Corpus totum alterantia, ad affecti
nis hypochondriacæ abolitionem, vall
necessaria præscribit *Guernerus Rolfinc*
lib. 8. consultat. 4. ne intemperies, q
vitiosos humores produxit denuo inv
lescat, & recidiva, radice suâ pejor,
riatur.

In calculo renum ægros haud diff
culter recidivare tradit *Franciscus Osw*
dus Grembsius Arb. integr & ruinos. hom
lib. 2. cap. 1. §. 7. num. 41. eò quòd n
de pleno omnis adhærens amurca, in q
residet fermentum corruptivum, fuer
absterfum, quare malæ indolis charact
vicinus priores concinnat calamitates.

Nihil item magis recidivum ess
quàm ipsum calculum dicit *Frid. Decker.*
Exerc. Medic. practic. circ. meth. med. ca
8. cum bis, ter, & etiam quater in an
generetur.

Et consuetis morbis renum ac vesicæ
›orare neutiquam diuretica convenire,
: maximè nocere censet *Joh. Baptista*
'ontanus tom 7. consultat. 93. cum hu-
ores peccantes, aliis in partibus hæren-
s, ad locum affectum, nempè ad renes
l vesicam, unà cum materia calculosa,
l aliâ quacunque, ex qua antea labo-
rint, deducantur; sicq; facilè in mor-
m affectumque jam curatum rursus in-
lant, ac gravius laborent.

Morbos plerosque externos, ut ar-
ritidem, podagram, erysipelas, tumo-
s ferè quoscunque, partium pruritum,
c. recidivas admittere, experientia me-
ca satis superque confirmat.

Sic arthritide, maximè podagra ve-
re & recidivante laboravit Vir quidam
›bilis & doctus apud *Joh. Petr. Lotichi-*
n lib. 6. cap. 1. obs. 1.

Virum quendam arthriticum, pituito-
ım, post longum per pluviosum aërem
er, recidivam talibus cum doloribus, fe-
·ibus ac vigiliis indies ingravescentem,
flum fuisse refert *Frid. Deckerus Exerc.*
Me-

Medic. practic circ. meth. med. cap. 5. jam jam delirium inſtare quis dixiſſet.

Podagricam ſediam movere reci[...] vam podagræ firmiter credit *Franciſc[...] Oſvvaldus Grembſius Arb. integr. & m[...] inoſ. hom. lib. 2. cap. 1. §. 10. num. 134.* S[...] quidem mumia ſediam contagio ſuſp[...] ctam reddidit, quæ alteri podagrico f[...] xus podagricos, aliàs quieturos, mov[...] ret, per magnetiſmum, trans veſtem p[...] netrantem.

Si eryſipelas absque judicationis [...] gnificatione diſpareat, malè decerni [...] atq; recidivam portendit, ex *Hippocra[...] lib. 2. de morb. vulg. ſect. 3.* ut *Polema[...] chi* ancillæ contigit.

Materiam, folliculo incluſam, rem[...] vendam ſectione, illæſo folliculo mon[...] Excell. *Paulus Ammannus parænеſ.* [...] diſc. &c. *lib. 5. part. 2. ſect. 1. cap. 1. §. 2.* Si fieri poſſit, ne aliàs recidivans fiat t[...] mor.

Tumorem frontis inſignem, à co[...] tuſione in puero, poſtquam ſuppurati[...] ne perfectè curatus eſſet, aliquantiſp[...]

pò[...]

ost recrudescere vidit *Gregor. Hier. Vel-*
chius hecatost. 2. obs. 8. Cùm denuò a-
ertus mundaretur, apparuit capillum
riori curatione in ulcere relictum fuisse,
uem natura ut alienum novâ hâc suppu-
atione protrudere conata est.

In convalescentibus, in quibus reci-
iva exspectatur, palpebras fieri tumidas
nnuit *Petrus Forestus lib. 11. obs. 44. in*
schol. Fœminam illustrem apud *Baldass.*
imæum von Güldenklee *lib. 6 cas. me-*
cinal. 17. pruritus circa muliebria re-
divans per integram hyemen tàm into-
rabili cruciatu exercuit, ut nullâ sana-
potuerit arte, ægramque ad mortem
sque paulò post subsequutam comitatus
t. Fuit hoc malum à lue venerea, quâ à
arito infecta fuerat, contractum; quæ
es verò ad ipsa pudendi penetralia abiit.
r licet medicamenta, ex mercurio pa-
ta, pruritum ipsum ad tempus com-
scuerit detenta tamen in corpore mor-
causâ, nec oblatâ, recidivam, & tan-
em mortem subsequi oportuit. Hoc
ilicet fuit curare symptomata, & morbũ
ddere deteriorem. C Non

Non in his morbis ut plurimum timetur solum recidiva, sed universaliter in omnibus etiam, quamquam promptius quàm in aliis; sunt enim aliqui, qui de facili reversionem faciunt, ut dolor colicus, nephritis, ophtalmia, hydrops, melancholia, &c. Contrà sunt alii, qui difficulter revertuntur, aut recidivam faciunt, ut morbilli, quartana, pleuritis, phrenitis & similes; jactatur enim â quibusdam, quod his morbis semel detenti non amplius illis corripiantur; quod tamen falsum esse satis experientia docet; illud verum est, quod difficulter revertantur, & recidivas non de facili solutu causent.

Sunt etiam morbi, reversionem facientes, de quibus dicitur, quod illis affecti minimè sani sint vocandi, etiam in interpolationis tempore. In lege, *Qui tertiana*, hi quatuor adferuntur morbi, tertiana nempe, quartana, epilepsia & podagra. Verum ex febribus hîc non tantũ omnes quæ per circuitus repetunt, ut quotidiana, tertiana, quartana, quintana, sextana

sept.

ſeptimana, octana, nonana & decumana intelliguntur, ſed præter epilepſiam & podagram, alii quoque morbi frequentes, ut vertigo, melancholiæ, & omnes inſaniæ ſpecies absque febre, paralyſis, ophtalmia, ſuffuſio, cataracta vulgo dicta, dentium dolor, aſthma, & ejus ſpecies ſingulæ, ſanguinis ſputum, dolor colicus, hydropis ſingulæ ſpecies, renum & veſicæ calculus, ani & uteri procidentia, herniæ omnes, hæmorrhoides, arthritis, & inter febres continuas hectica, tandemque lues Venerea; de qua aliàs dicitur, quod ex ea nunquam reconvaleſcat patiens, & dare quidem inducias, non integram verò pacem. Qvinimò ex his nonnulli ſunt, qui non ſecus ac febres per circuitionem repetunt, ut ophtalmia, capitis dolor, podagra & alii, teſte *Galeno lib. 2. de differ. febr cap.* 13. de quibus etiam in poſterum dicturi ſumus.

CAPUT VI.

Recidivarum cauſas explicat.

Cau-

CAusarum notitiam in cognoscem dis & curandis humani corpori adfectibus Medico quàm maximè neces sariam esse ac utilem jam olim docui Hippocrates *in lib.* περὶ φύσιων, ubi εἰ γάρ τις εἰδείη, inquit, τὴν αἰτίην τ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρει τά ξυμφέροντα τῶν ἐν τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τά νοσήμα τα. *Si quis causas affectionis probè co gnoverit, facultatem habebit offerendi ea quæ corpori conferunt, ex eorum, quæ mor bo contraria sunt cognitione. Nam*

Felix qui potuit morborum no-
scere causas.

De legitimis igitur recidivis tradem causam immediatam & proximam *Hippo crates aphör.* 12. *sect.* 2. *& lib. 6. epidem sect.* 2. *text.* 12. docet provenire illam e iis, quæ in morbis post judicationem im perfectam relinquuntur. Nos de hac & aliis recidivarum legitimarum causis pau lulum in hoc capite differemus; & quo materia post crisin imperfectam relict

neque

nequeat esse recidivarum causa, videntur non pauca dubia; quorum *primum* est: Materia in morbis, post judicationem imperfectam derelicta, non potest inducere recidivam, quin iterum fermentescat; cum verò iterum fermentescere nequeat, difficulter recidivam causabit; desinit enim febris & præternaturalis calor, à quo denuo fermentatio inducatur, aut conservetur: quantitas humoris deficit, à quo ventilatio prohibita proficiscitur, quæ causa sit, ob quam nova fermentatio superveniat; nec alia reperitur causa illam inducere volens; hic quoque non invenitur causa, illam fermentationem denuo excitare valens.

Alterum est: Quando relicta post indicationem imperfectam materia recidivæ & novæ fermentationis causa est; cum coctioni maximè sit inepta, & propterea necessario debeat corrumpi & fermentescere; sed ex *Galeno lib.* 1. *de dieb. decretor. cap.* 1. per institutam victûs rationem debitam materia concoquitur & subigitur, ac consequenter etiam hujus auxilio

recidiva evitatur: quare quæ post imperfectam judicationem & crisin relinquuntur in morbis, non possunt esse necessariò causa quædam recidivæ.

Tertium est: Eodem fere modo post judicationem se habet materia relicta, sicut materia morbifica, quæ in convalescentibus relinquitur; ast in iis fermentationis & novi insultus morbi relicta materia non est causa: nec idcirco fermentationis & novi insultus morbi causa erit relicta post judicationem imperfectam materia.

Quartum est: Cum recidiva videatur etiam ab alia provenire causa, ab intemperie nimirum, in parte relicta, quæ secundũ *Galenum lib. 6. epidem. sect. 2. text. 20.* & *lib. 2. de differ. febr. cap. 21.* causa etiam est, ut humores fermentescant, ex sola utique intemperie, sine materia relicta, potest ex materia denuò genita recidiva supervenire.

Quintum est: intermissionis morbi toto tempore, post recidivam, natura concoquit, & coquendo cessare fermentationem facit, ut etiam *Galenus* docuit.

Imm

Impedit igitur, quo minus ex relicta materia novus morbi insultus fiat per fermentationem materiæ, ex morbo antecedente derelictæ.

Facilis autẽ ad hæc dubia nobis responsio est. Et quidem ad *primum* respondemus, quod materia, quæ ex morbi primo insultu relinquitur, nutritioni maneat inepta, â calore alteretur nostro; â quo cum subigi & concoqui, nec in eodem statu persistere sine aliqua sui mutatione nequeat, necesse est, ut hoc modo fermentescat.

Ad *alterum* respondemus, quod *Galen.* doceat vitari recidivam quæ ex errore in victu supervenire possit. Hæc autem præcipuè illegitima est, & in legitima salubri causa vitatur, ex qua materia, quæ in parva relinquitur quantitate, augetur; non autem in lethali, quæ ex materiæ copia, quæ à natura subigi nequit, supervenit.

Ad *tertium* respondemus, quod materia perniciosa, ex qua recidiva præprimis fit, naturæ beneficium recipere nequeat, quæ in convalescentibus rema-

 net,

net, benignior apparet, & jam à natura subacta, saltem in nocitivo.

Ad *quartum* respondemus, quod ibi loquatur *Galenus* de recidiva illegitima, quæ ex intemperie relicta fieri quoq; potest.

Ad *quintum* respondemus, quòd materiam benignã concoquat & subigat natura, & aliquando recidivam, quæ timetur, impediat; dum verò materia recipere hujusmodi coctionem inepta est, ex ipsa elaboratione potius fermentescit.

Recidivæ ergò legitimæ causa immediata & proxima erit materia morbifica, post crisin, sive judicationem imperfectam ex primo morbi insultu, relicta, per corpus sparsa & nondum satis evacuata. Eleganter id ostendit *Hippocrates in aphor. 12. sect. 2. Hipp.* dicens: *Quæ relinquuntur in morbis, post judicationem, recidivas facere consuevere.*

Postquam *Hippocrates* in *sectione sua secunda aphorismorum* à *primo aphorismo* ad *septimum* signa à rebus non naturalibus desumpta observavit, quibus indigere corpora evacuatione ante renutri-

tio-

tionem collegit, ſubindè illa quomodo ſint evacuationi præparanda & reficienda, ab *octavo* ad *undecimum* explicavit: nunc in *duodecimo* cauſam, cur illa evacuanda ſint, expoſiturus, recidivæ metum proponit, tum maximè, quod vel ipſa materia in die decretorio fuerit minùs ad expulſionem idonea, tum etiam, quòd ipſa natura nimis imbecilla per morbum effecta, univerſos humores noxios expellere non potuit.

Sunt autem *aphoriſmi* hujus variæ explicationes, & ab uno vel altero aliter atque aliter is explicatur. *Galenus comm. in hunc aphor.* cum præcedentibus conjungit, non quidē proximo, ſed ei, quo ſcribit: *Si quis à morbo cibum aſſumens non corroboratur, pluri alimento corpus uti ſignificatur*; dicit enim illîc *aphor.* 8. *ſect. hujus* corpus egere evacuatione, ſi quis cibum aſſumens nō corroboretur; quod autem evacuatione ſit opus, ratio eſt, quoniam quæ in morbis relinquuntur, recidivas facere conſueverunt; quæ verba *lib.* 1. *de dieb. decretor. cap.* 8. repetit, enarrans hiſtoriam *Anaxio-*

xionis, cujus cauſam tradit fuiſſe materiam ex primo inſultu poſt imperfectam judicationem remanentem. Rationem verò recidivæ in *comm.* ad hunc *aphor.* talem reddit, quod ſcilicet materia poſt judicationem relicta, cum coctioni ſit inepta, ſine aliqua alteratione diu permanere nequeat, & hinc neceſſe ſit, ut putreſcat & ſuperveniat febris: quam cauſam etiam *Hippocrates lib. 3. epidem. ſecti.* 1. *text.* 10. tradidit, cum *Hermocrates* recidivaret, quoniam humores, coctioni admodum inepti, in eodem ſtatu permanere nequeunt, nec impediri, quo minus putreſcant; relinquuntur enim ex morbo antecedente inepti, ut coquantur in juvativo, quia prius fermenteſcebant, & acquiſiverunt qualitates, & ſubſtantiam modũ nutritioni ineptum, quod ſaltem in pravis aut pernicioſis morbis accidit: tum quia in foco fermentationis manet intemperies, & in ipſis humoribus relictis nondum ſubactis, à qua iterum recaleſcant, ac fermentationem patiantur, propter intemperiem relictam in foco

ma-

materiæ fermentalis, quam *Galenus* fatetur esse causam novæ fermentationis; tum quia materia relicta post crisin sive judicationem est, à qua fovebatur morbus in statu permanens, ideoque apta ad fermentationem, in statu debitam, recipiendam in recidiva, quæ deterior status pars est.

Per ea quæ relinquuntur in morbis, cum *Galeno* & aliis interpretibus intelligit quoque malos humores *Joh. Argenterius comm. super aphor. hunc* 12. cum symptomata non relinqui dicat *Montanus*; in quò manifestè tamen errat; gracilitas enim, debilitas, in appetentia, alvus adstricta, & alia aliis convalescentibus accidentia, sicut *Galenus in lib. 3. art. medicinal.* docet, relinquuntur.

Quod verò humor, qui relinquitur, non sit sola, & præcipua causa, quæ recidivas faciat, sic ostendit: Nam *Galenus* vult eas reliquias necessario tempore putrescere vel fermentescere, & febrem accendere, quoniam, inquit, omnis humor alienus à natura corporis, in quo

continetur, cum aptus non ſit ad ejus nutritionem, & derelictus, neceſſario ad putredinem convertatur, præſertim quod ſit in loco calido. Hîc *primo* non probat *Argenterius*, quòd *Galenus* ad ſolas febres recidivas referat; nam etiam alii morbi, ut ulcera, & morbi ex fluxionibus recidivas patiuntur; deindè neceſſarium non putat, reliquias humorum poſt criſin putreſcere; nam ab obſtructionibus liberato corpore, & extincto calore febrili, non relinquitur occaſio putredini in humore jam putrefacto, & quaſi in cinerem redacto; talem enim vult *Galenus* in *lib. de differ. febr.* eſſe humorem, qui in venis relinquitur poſt febrem & putredinem; deindè multi ex febribus putridis absque ulla purgatione & inſigni evacuatione liberantur, & paulatim ex commoda concoctione ad priſtinam ſanitatem redeunt; quòd ſi nova putredo fiat, eam quidem non à derelicto humore poſt criſin deducit, cum ille, qui ſemel putredinem eſt expertus, rurſus putreſcere non poſſit, ſed qui denuò genitus eſt; quare

ille

lle recidivas non faciet. Addit, quòd omnes convaleſcentes recidivas paterentur; omnibus enim aliquid mali humoris relinquitur. Quod ſi natura, antequam criſin faceret totam humoris quantitatem alterare vincereque poterit, & in ipſa criſi majorem portionem expellere, ur reliquias, niſi mala adhibeatur nutritio, poſtea non temperabit & ſuperabit. Nam ex *Galeno* ſatis notum eſt, quod ii, qui corruptos habent humores, cibi mixtione temperentur & juventur. Humoribus hiſce malis in corporibus præſertim intemperatis vim aliquam ad recidivas excitandas maximè adſcribit, ſed præcipuam earum cauſam eos non cenſet. Præcipua illi eſt, quæ ſumitur ex mala diſpoſitione, quę relinquitur per morbos; id quod probat primum ex *text.* 19. *comm.* . *lib.* 6. *epidem.* ubi *Galenus aphoriſmum* hunc citans, bifariam aliquid poſt criſin relinqui ſcribit, uno modo partem humoris, qui morbum commiſit, altero verò diſpoſitionem morboſam, quæ majorem vim habeat; ut enim priorem morbum

gignere potuit, ſic recidivas etiam parere valet, humores relictos in corpore corrumpendo, & cibum etiam in morboſam cauſam & alterationem ſibi ſimilem mutando & alterando; id quod ex febribus per circuitum repetentibus maximè patet. Circuitus etenim cauſa teſte *Galen. in lib. de differ. febr.* diſpoſitio habetur morboſa, quæ novum procreavit humorem, non humor ipſe, qui in priore acceſſione totus exſpirare ſolet, alioquin febris ad integritatem non perveniret.

Intelligit ergò per ea, quæ relinquuntur in morbis, in aliquibus humorum reliquias, ubi illæ multæ ſunt: in aliis autem ſolam diſpoſitionẽ morboſam: in aliis autem utrumq;. Cæterũ diſpoſitio quæ recidivas facere ſolet, ea potiſſimum eſt, quæ aliquid habet malignitatis, cum aliæ, quæ à ſolis qualitatibus pendent, non id facere ſoleant; propterea videntur ulcera maligna, in quibus nec calor nec frigus, nec humiditas, nec ſiccitas damnari poſſunt, poſteaquam cicatrice ſint tecta, ſæpius recrudeſcere ob malignam diſpoſitionem, quæ ex li-

ore nigretieque in parte relicta apparet; ndè recidivæ potissimum in morbis fi- nt, quos atra bilis committit, ut in quar- anis, scabie & ulceribus malignis videre cet.

Per crisin porrò intelligit *Argente- ius* cum *Galeno* non veram solum crisin, ed omnium quoque morborum sanatio- em; non enim tantum morbi, qui per risin judicati sunt, sed ulcera quoque c multi alii recidivas patiuntur. Ac- idunt sanè recidivæ in morbis post cri- in, sed non omnem; post crisin enim erfectam nihil solet relinqui, & post im- erfectam morbus adhuc manet; hic au- em de humoribus agit *Hippocrates*, qui morbis post crisin relinquuntur; illa erò crisis potissimum solet relinquere ecidivæ causas, quæ est infida, quæ cilicet non fit in diebus decretoriis, ec benè in diebus contemplatoriis est in- icata, tales enim crises morbi maligni- atem ostendunt.

Quando verò dicit *Hippocrates*: reci- ivas facere consueverunt, sciendum est, quod

quod hoc non necessarium sit, recidivam semper fieri, ubi mali humores sunt superstites, vel dispositio morbosa relinquitur; diligentiâ namque & curâ possunt his malis mederi, nullâ sequente recidivâ, prudentes Medici & ægroti.

Materiam, quæ relinquitur post crisin corrumpere alimenta, tandemque ita crescere materiæ corruptæ copiam, scribit *Jacobus Fontanus comm. in hunc aphor.* 12. *sect.* 2. *Hipp.* ut morbi recidiva generetur, cujus signa sunt sitis, ciborum fastidium, vigiliæ, somni turbulenti, corporis totius lassitudo, si crisis, nullis antecedentibus signis coctionis, accidat, dieque non critico fiat.

Per ea, quæ relinquuntur, intelligit Jacobus *Hollerius comm. in hunc aphor.* partim dispositionem morbosam, partim materiam, quæ putrescit vel fermentescit; has autem recidivas facere diebus criticis sequentibus certè concludit. Recidivam autem fore, aut non fore die critico sequenti, ex antecedentibus & consequentibus colligit. Ex antecedentibus

ani-

nimadvertit, quanta & qualis præcessit vacuatio. Ut si facta fuerit crisis per hæmorrhagiam, sed imperfectè, super esse materiam conjicit, quæ recidivam sit factura, Præterea ex sequentibus elicit: si crisi maneat oris siccitas & insuavitas, borum fastidium, sitis, indicium est recidivæ futuræ. Si itaque deprehendit materiam reliquam esse, propterea quòd excretio critica (ut per hæmorrhagiam aut bscessum) non præcesserit integra, medicamentis purgantibus non bilem tantùm, sed melancholiam etiam pugnat, ùm in febris declinatione bilis soleat esse dusta. Sin supersit à febre morbida quatas seu dispositio, refrigerantibus & umectantibus contra eam etiam pugnat.

Post crisin igitur, hoc est, excretionem iticam, tùm relicta materia, tùm dispotio morbosa recidivas facere consueveant, nisi purgatione vel alteratione anvertamus. Accidit tamen aliquando, si nulla subsit materia, nulla morbosa ualitas, ut ob ægri victum intemperanem recidiva fiat, cum scilicet plura sumpsit,

psit, quàm conficere possit. Recidit etiam in morbum externas propter injurias sæpè convalescens. Veruntamen id præter alia notat *Hollerius*, à crisi perfecta, neque esse oris siccitatem, aut insuavitatem & amarorem, neque sitim, neque ciborum fastidium. Quod si hæc adsint, crisis imperfecta est, timendumque de recidiva.

Cùm in hoc *aphorismo*, quid ea, quæ post judicationem relinquuntur, efficiant, docuerit cum *Hippocrate F. Fogerolæus meth. in sect. 2. aphor. Hipp. pag. 79. &* 80. signa utriusque crisis à motu materiæ ad speciem morbi, & ad tempus decretorium proponit, ut Medicus certò sciat, recidivam ab iis, quæ à judicatione relicta sunt, factam esse. Præcedunt autem motum materiæ ad speciem morbi delirium, dyspnœa, oculorum caligo, splendores circa oculos versantes, lacrymæ involuntariæ, temporum gravitas, cervicis & capitis dolor, anticipatio, longitudo & vehementia accessionis, comata, dolor stomachi, aurium sonitus, tremor, labrum inferius agitatum, æstus & sitis vehemens, necnon

item

em absque ratione molesta. Materiæ otum consequitur excretio aut abscessus: excretio fit viis patentibus ad expulsionem materiæ per dejectionem, urinas, dores, vomitum, hæmorrhagiam, in uorum singulis differentiæ à substantia, opia & qualitate, item differentiarum usæ & signa sunt notanda, in morbis ræsertim acutis, quorum motus materiæ excretione perficitur, abscessu nunuam, nisi imperfectè. E principalibus embris humores mali sunt evacuandi, iâs foràs per patentes meatus, aliàs ad atim viam affectat sibi materia. Ad cum vi naturæ humores propelluntur, qui pauci, tenues & biliosi, ut in ictero nonunquam, perfectam crisin absolvent: si erò crassi, multi & pituitosi in cute reonuntur, abscessus hoc modo in corpore nascuntur, quorum differentiæ à substantia, magnitudine ac qualitate petuntur.

Rationem adducit *Johan. Liebautius omm. in hunc aphor.* cur qui à morbis convalescentes non appetunt cibos, purgatione

ne indigent? Quia si non purgentur, rursus in morbum incidunt. Superstes enim morbi materia & empyreuma, quæ crisi imperfecta & inchoata, aut propter materiæ contumaciam, meatuum obstructionem, aut naturæ infirmitatem relinquuntur, recidivos morbos primo die critico facere solent: scilicet ante vicesimum diem, quaternario proximo: ante quadragesimum diem, septenario proximo: ante centesimum, vicenario proximo. In diuturnioribus etiam morbis quæ relinquitur materia, ob pepasmi sive coctionis difficultatem, quæ in materiæ contumacia, consistit, recidivas facit. Recidivi verò morbi signa cum *Hippocrate lib. 6. epidem. sect. 2. text.* 11. & *lib. de judicat.* collocat sitim, oris siccitatem, insvavitatemque, ciborum fastidium, vigilias, somnos turbulentos, corporis totius lassitudinem; si febris quoque sine signis judicatoriis die non critico evanescat: si urinæ crudæ post febris discessum remaneant.

Morborum reliquiis opus esse purgatio-

ratione censet etiam *Joh. Heurnius comm. in hunc aphor.* Alioqui quicquid puri in impurum infuderimus, corpus contaminabitur, ac novus recrudescet morbus. Per morbos autem materiam intelligit morbificam, aut empyreuma: quorum notæ sunt: siccitas oris, inappetentia, agrypnia & languor.

Morborum reliquias à crisi superesse vult, quia tota materia morbifica non sit exclusa, vel ob fractam naturæ vim, aut meatuum angustiam, vel materiæ contumaciam. Die critico, vel periodo criticâ sequenti proximâ morbos hos reciduos fieri autumat, nisi purgando, evacuando, vel alterando occurramus; pare plerumque jubet etiam, ut quintò, vel sexto die, cum jam ægri convalescunt, assumant tres vel quatuor pilulas de hiera cum agarico, vel mastichinas, vel syrupum laxativum, aut pilulas *Ruffi*, vel aliquid rhabarbari, vel passularum purgantium.

Excrementa humorumque parvorum reliquias, & intemperaturas, quæ re-
lin-

linquuntur post crisin, ab ipsa natura im-becilla imperfectam, recidivos morbos parere tradit *Joh. Cunradus Dietericus comm. in hunc aphor.* nisi à Medico... tempore exturbentur, quæcunque à natura imbecilla relicta sunt.

Aphorismum hunc: *quæ in morbis post crisin relinquuntur, recidivas facere consueverunt*, non simpliciter, sed cum certo respectu intelligendū esse docet. *Simon Schultzius Ephemerid. Curios. Germanic. Ann. 6. & 7. obs. 161.* idque adnarrando quodam casu demonstrat.

Ejusmodi reliquias, metum recidivæ adferentes, appellat *Joh. Liebautius comm. in aphor. 9. sect. 2. Hipp.* impuritatem, ... cacochymiam; qualem autem duplicem facit: unam à morbi reliquiis, quæ in ... vo est, aut in vasis, aut in habitu corporis: alteram succrescentem, quæ fit à pleniore cibo, à quo natura opprimitur: alv⁹ enim facta ignavior, vacuitate offici... non potest omnes cibos, præsertim si p... nius offerantur, mitificare: quo fit, ut plerumque corrumpantur; undè cacochymia succrescit. Vel, ut *Joh. Heurn...*

omm. in hunc aphor. explicat: alvus effœta jam impar eſt alimentis; undè ægrè alia coquuntur, tardè diſtribuuntur, infeliciterque apponuntur corpori, fractis diuturnitate morbi partium ſolidarum viribus, & metus eſt, ne fiat novæ cacochymiæ congeſtio, undè morbus reviviſcit.

Præter cauſam hanc immediatam, etiam tres alias adhuc videtur adducere *Petrus Franciſcus Phrygius comm. in lib. 3. epidem Hipp. part 2. ægrot. 2. Primum* enim fiunt illi recidivæ, manente humore eodem morbifico, qui tantum locum mutavit. *Secundò* fiunt illi recidivæ, quando (ut nos jam ſæpius diximus) humoris quædam portio in corpore per imperfectam criſin relicta eſt, necq; fit ordine dierum decretoriorum, et natura reliquos humores excernente et concoquente, quam *Galenus* non periculoſam cenſet, cum robur naturæ in concoquendo & expellendo indicet. *Tertiò* fiunt ei recidivæ cum natura ſuperatur, et nova fermentatio inducitur eorum humo-

humorum, qui morbum faciunt, cum videtur deferbuisse calor, neque tamen materia peccans fuit evacuata. *Quantò* tandem fiunt ipsi recidivæ, quotiescunque ægrotantes errant in victu, aut propter aëris inclementiam, qui corpus imbecillum levi occasione lædit, nondum benè confirmatâ valetudine, cujus causâ *Hippocrates* commendavit mutationes, sed tamen quæ possent prodesse. Verum cum ejusmodi recidivæ ad causas coadjuvantes, remotas & externas spectent, postea de illis dicturi sumus.

Causæ igitur mediatæ recidivarum erunt sanguinis partes ad corruptionem dispositæ, ubi perindè nobis dicere videtur, sanguinem quaternione humorum, sanguinis nimirum, pituitæ, bilis & melancholiæ constare: vel illum habere in se 1. aliquod sulphur, quod lacti non ineptè comparatur, & cremoris instar superficiem occupat; 2. crassamentum purpureum, quod in fundo, ut pars caseosa, fibris conspicuum, residet; 3. serum, cætera omnia circumfluens

el illum ſpiritibus volatilibus, partibus
linis, oleoſis, aquoſis & terreſtribus pol-
re: vel illum ſale, ſulphure & mercurio
dundare: vel illum acido & alcali flore-
: vel illum bile, ſucco pancreatico &
mphâ gaudere, &c.

Partes ejusmodi ſanguinis ad corruptio-
em prius diſpoſitæ ſunt, & tandem planè
orrumpuntur, nec tàm facilè proindè in
atum naturalem reducibiles evadunt.
ndè quãvis multi liberentur à febre tàm
termittente, quàm continua, leventurq;
avioribus ſuis ſymptomatibus; nondũ
men ſunt ſani, quoniam ſanguinis vitiũ
rium non poteſt ſubitò emendari, nec
oindè ipſorum vires in ſangvine maxi-
è conſiſtentes, renovari. Hinc non mi-
m, ſi ad leve erratum, in diæta patratũ,
cidant pleriq; in novas febres, nunc con-
nuas, nunc intermittentes, ſymptoma-
q; priora reddantur non rarò prioribus
aviora & periculoſiora, & tàm ſæpè le-
alia.

Si namq; maxima virium noſtrarum
rs in laudabili ſanguinis diſpoſitione

conlistat; quoties sanguis non est omnii bus modis emendatus, toties debiles cem sentur ac sunt tales homines; quin ad aff fectum difficilem, gravemque perferem dum, superandumq; minùs apti; quem admodum eo ipso dispositi sunt, ut in quemvis affectum citius graviusq; inci dant.

Causæ adjuvantes, ut judicium fiat im perfectum, inter remotiores recidivarum causas numerãtur, & sunt variæ. Fiunt re cidivæ, ut diximus ex *Hippocr.* ob relictam materiam; relinquitur autem materia quia judicium fit imperfectum; fit imper fectum, quia concurrunt causæ, ob qua non potest ex toto materia evacuar. Et ad recidivas efficiendas multum huju modi causæ coadjuvant, quia recidivæ fiunt proximè ob derelictam materiam. Causæ ideò, ob quas hæc relinquitur, me ritò ad recidivas producendas coadju vant.

Sunt autem variæ talismodi caus Ex parte assistentium potest committi er ror, perfectum morbi judicium imper

em

ens; undè *Hippocrates sect.* 1. *aphor* 1. dixit, quod oporteat non tantum Medicum se præstare opportuna facientem; sed ægrum etiam & asistentes: ii autem vel intempestivè alimenta exhibent, vel animi passiones in ægris movent. Ex ægroti quoque parte judicium impediri potest ob varios errores, ob inobedientiam nimirum circa oblata, ob inquietudinem, & varias animi passiones; ob intempestivum, aut nimium usum cibi, aut potûs, & imtempestivos usus rerum non naturalium.

Inter causas externas judicii perfectionem impediunt anni tempora; qui enim morbi in hyeme vere, aut primâ æstate contingunt, recidivas facere non solent: qui verò autumno solent contingere, illis maximè obnoxii sunt. Hyeme quippe & vere calor nativus potentiss. est, & noxios humores efficaciter dissolvit.

Autumno verò maximè debilis est, & exhaust⁹ ex prægressæ æstatis exolutione; vix ideò potest causas morbificas integrè discutere. Eandem vim in perfecto morbi

judicio impediendo præſtant aëris & a
ſtrorum mutationes, indebita temporum
conſtitutio; ex *Hippocrate* enim *lib. de*
loc. aq. & aër. temporum conſtitutiones
indebitæ varios morbos variosq; eorum
eventus pariunt. Et *ſect. 3. aphor. 4.* ipſe
Hippocrates varias temperierum muta-
tiones eodem die damnat, profertque,
quôd in temporibus conſtantibus perfe-
ctæ fiant judicationes.

Dies quoque, in quibus fiunt criſes,
cauſa ſunt, ut fiant perfectæ aut imperfe-
ctæ judicationes, ut in imperfectis recidi-
væ ſuperveniant. Quemadmodum enim
dies critici vim maximam habent ad per-
fectam morborum curationem, quando-
quidem tunc temporis natura utiliter hu-
mores excernit morbificos; ſic quæ di-
non critico contingunt ſolutiones, infid-
perpetuo eſſe conſueverunt, cùm natura
benè operantis legibus non reſpondeant.
Hinc etiam *Hippocrates lib. 3. progn. text.*
25. febres ſine ſalutaribus notis deſinen-
tes, nec in diebus decretoriis, reverti tra-
dit. Et *aphor. 61. ſect. 4.* recidivam præ-
nunciat, niſi diebus imparibus fiat febri

judi-

judicatio, illaq; dimittat; item *aph.* 29 *sect.* 4. condemnat evacuationem sexto die factam. Atqui *Gal. in comm.* dicit non esse securam à recidiva. Et *lib. de præsag. ad posth.* c. 20. in *Sexto* Cive *Romano* sexto die judicato recidivam prædixit. Dies ergo criticos proponit *Hipp sect.* 4. *aph.* 36. in quibus si febricitantibus sudores eveniant, perfectæ & bonæ fiunt judicationes; si autem in aliis contingant diebus sudores, laborem morbiq; longitudinem, ob nimiã humoris crudi abundantiam, significant: quin etiam recidivam, ob superstitem cacochymiam. Nam judicatoria non judicãtia aut sunt funesta, aut certè sinistri judicii. Vide sis *Joh Liebautii com. in hunc aph.*

Ex his jam quæstio fluit: utrum optimus vel bonus sudor ferè semper in febribus ad bonum judicet? Optimum & bonum sudorem sic describit *Hipp. lib.* 1. *progn. text.* 26. *Sudor optimus est per omnes acutos morbos, si per diem evenit decretorium, & integrè febrem sedat.* Hunc sudorem passus est & *Pericles lib.* 3. *epid sect.* 3. *text.* 77. qui quarto die copiosè sudavit, & à febre omninò liberatus est.

Die vigeſimo ſudavit quoq; *Anaxion*, & febris remiſit. In diebus judicatoriis *Ni-codemus*, & illa mulier, quæ in *Thaſo* de-cumbebat, *Herophon* item, *Cleonactides*, *Meton* & alii ſudârunt & febribus ſunt liberati, ſicut *lib.* 1. *epidem.* videre licet. Hinc optimos dixit noſter *Hippocrates* *ſect.* 4. *aphor.* 36. ſudores, *ſi inceperint die tertio, & quinto, & ſeptimo, & nono, & undecimo, & decimo quarto, & decimo ſeptimo, & vigeſimo primo, & trigeſimo primo, & trigeſimo quarto; hi enim ſudo-res judicant morbos.* Quibus verbis ſolùm optimi ſudoris duo requiſita tradidit: u-num eſt: fieri in die decretorio: & al-terum, integrè febrem ſedare.

Præſagio huic *Hippocratico* videtur *Galenus* adverſari: quippe qui *comm in aphor.* 20. *ſect.* 1. *Hippocr.* & *lib* 3. *cap.* de *criſib.* optimæ criſis plures alias con-ditiones propalavit, ſine quibus opti-mam criſin fieri negavit. *Primùm* e-nim, inquit, *melior eſt judicatio, quæ per evacuationem inferiorem, quàm quæ per abſceſſum. Deinde, per quàm h-*

m-

mor noxius, aut redundans, quàm per quam alius quispiam evacuatur. Tertio loco quæ recto fit tramite, quàm quæ non recto: & post has, quæ facilè toleratur: deindè, quæ cum coctione, & die decretorio. Hæc enim omnia adesse convenit perfectæ judicationi, cui si quid horum desit, vel plura neq; absoluta, neq; integra fuerit judicatio. Non ergò duæ ab *Hippocrate* traditæ conditiones satis illi sunt.

Dicimus *primum*, *Galenum* loqui de crisi, quæ fit per locum peculiarem; tot ideò requisita necessaria esse prædixit: *Hippocratem* verò de crisi generali, & totius corporis, qualis est, quæ fit per sudorem; quæ ut optima dicatur, illis duntaxat duabus conditionibus indiget.

Dicimus *deindè*: sub his duabus cæteræ omnes comprehenduntur, quæ ad sudorem necessariæ sunt, ut *Galenus* in expositione *prognostici* non parum innuit.

Et quamvis una solum conditio sufficere videatur, febris nimirum ablatio; quoniam si hæc adfuerit, nil aliud erit spectandum. Dicimus: necesse est, ut

in

in die judicatorio fiat crisis, ne iterum morbus revertatur; nam, ut *Hippocrates lib. 3 progn. text. 22.* cecinit, *si febris desinit, non cum indiciis solutionis, neq; in diebus decretoriis, recidivam exspectare oportet*: quod respiciens *Hippocrates* inquit *sect 2. aphor. 27. His, quæ non ex ratione levant, fidere non oportet*, quia sunt perniciosa, sine signis coctionis & solutionis levantia, mortemque indicant, ut *lib. 2. prognostic. text. 17.* optimè notavit *Galenus*. Ita dolores, absq; judicatione solutos, inutiles autumat *Hippocrates lib. 3. prorrh. text. 75.* quia, quando evacuationes hujusmodi non sufficiente copiâ succedunt, eâ nimirum, quæ humorum peccantium multitudini respondere possit, indicium est, materiæ morbificæ aliquid intra corpus relictum esse, quod morbum reverti faciet.

Dicimus ergò, sudorem optimum & bonum, in febribus ad bonum ferè semper judicare, si à materiæ morbificæ co-

ctione

ctione fiat, ſi per univerſum corpus fe-
atur, ſi diebus judicatoriis accidat, ſi
ebrem & ſymptomata ſedaverit. Con-
itiones has perbellè *Hippocrates lib.* 4.
cut. text. 10. explicuit, ſic diſſerens:
olvitur ægritudo, ſi ſudores ſupervene-
int judicatorii, legitimi, cum urinis
lbis craſſisq;, & lævibus ſubſtantiis.
t Galenus in comm. ſic ait: *Cum igitur*
n acutis febribus per ſudores ichores fer-
entes expulerit, morbum ſanat, ſi uti-
ue morbo jam cocto ſupervenerint.

Certis autem indiciis febrim eſſe fi-
niendam per ſudorem cognoſcimus,
uia ſcilicet humores tenues ſuâpte na-
urâ in ſudorem convertuntur. Qui-
bus nos ſubjungimus alia firmiſſima ſi-
gna, quæ ſudorem eventurum præſagi-
e queunt. Horum *primum* eſt urinæ
ſuppreſſio, ſicuti monuit *Hippocrates*
ib. 6. *epidem. ſect.* 1. *text.* 5. quod au-
em hæc urinæ ſuppreſſio ſit ſudoris
prænuntia, ea eſt ratio, quia urinæ &

sudoris eadem est materia. Si ergò serc[o-]
si humoris fiat in universi corporis habi[tu-]
tum translatio, aut supprimetur urina[,]
aut certè exigua erit illius quantitas[.]
Quarè qui multum sudant, parū mejun[t]
& contrà. *Alterum* futuri sudoris si[-]
gnum est rigor, qui à seri acrimonia co[-]
ritur, panniculum nervosum exquisitiss[i-]
mi sensûs vellicante; quem rigorem
tandem sequitur sudor, ut *Hippocrate[s]*
sect 4. *aphor* 58. manifestè docuit. H[is]
adhuc alii pulsum mollem, fluctuante[m]
& undosum ex *Galeno lib.* 3. *de crisib. cap.*
11. addunt; sicuti hic pulsus à *Galeno lib.*
2. *præsag ex pulsib. cap.* 9. ex humiditat[e]
arteriæ & facultate modicè affecta ortu[s]
sic describitur. Extima omnia his calen[t,]
facies rubescit; calidus copiosusque va[-]
por è corpore sentitur efferri, ut ex *Ga-*
leno Avincenna sen. 2. *lib.* 4. *tr.* 1. *cap.* 7
pronuntiat.

Morbi perfectum judicium impedi[-]
tur præterea, cum vires sunt debiles[,]
quibus juxta *Galenum lib.* 2. *prorrh. comm.*
17. ad expellendum impotentia induc[i-]
tur

tur, nec evacuatio justa perficitur. Viarum adstrictio, humorum transitum impediens, perfectam evacuationem *Hippocrates sect. 2. aphor. 9.* inquit, quòd oporteat corpora fluida facere, demonstrans, quòd possit humorum substantiæ modus impedire motum eorum, qui perfectum judicium ideò in crisi potest impedire.

Materia quoque, non solum ob crassitiem, potest perfectum impedire judicium, sed etiam ob quantitatem, quæ ideô ex toto evacuari nequit; facit enim plenitudinem, vel qvoad vasa, vel quoad vires; quâ natura oppressa judicium perficere nequit.

Ejusmodi autem materiæ heterogeneitas judicium hoc præprimis reddit imperfectum; æqualiter enim nequit elaborari materia; nec in cruda fit perfecta crisis; febres ideò ex illa pendentes *Hippocrates lib. 6. epidem. sect. 2. text. 21.* vocat revertentes; & *Galenus lib. 1. vulgar sect. 3. text. 19.* in *Sileno* humorum varietatem ex variis & contrariis accidentibus cognoscere docet.

Judicium morbi nec tutum, nec perfectum etiam humorum magna cruditas efficit, naturâ nullam tentante evacuationem. Cruda enim & incocta, & in malos abſceſſus converſa, aut judicationis ſublationem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorum recidivas, teſte *Hippocrate lib. 1. epidem. ſect. 2. text. 46.* Inferunt. Et *lib. 2. epidem. ſect. 1. text. 37.* ita dicit *Hippocrates: Si cruda judicata fuerunt, recidivæ fiunt.* Idem tenet *Galenus in comm. & lib. 1. aph. 22.*

Reverſurus eſt ergò morbus, cum nulla ſigna coctionis adſint; iis enim, quæ non ex ratione levant, fidere non oportet, ex *Hippocrate ſect. 2. aphor. 27. lib. 3. prognoſtic. text. 22. & lib. 2. prorrh. text. 17.* Et ſic humores crudi relicti, iterum fermenteſcentes, febrem reaccendere queunt, utpote à naturæ regimine relicti, neque nutritioni accommodi. Sic *Hermocrates* apud *Hippocratem lib. 3. epidem. ſect. 7. ægrot. 3.* die decimo quarto judicatus & febre liberatus eſt:

eſt, ubi non ſudavit; dormivit autem, ac omninò mente conſtitit. Circa diem decimum ſeptimum recidivavit. Non ſtatim hîc deſiit febris; ſed ſequentibus diebus æger iterum incaluit, ut vires acquirens febris, acutiem fuerit adepta; in qua ebullitione, novâ inductâ humorum cruditate, urinæ quoq; tenues apparuerunt, ex quibus humorum cruditas denotatur; tenues autem præſertim fuerunt, cum delirium inſtaret; quo tempore humores ad ſupernas ferri partes, & ita urinas tenuiores reddi, ſæpè in praxi obſervavit *Petrus Franciſcus Phrygius comm. in hiſt. epidem. Hippocr. part. 2. ægrot. 2.* Licet porrò hic æger die vigeſimo à febre ſit judicatus & liberatus, non ſudavit tamen. Non ſudavit autem; nec morbus criticè fuit ſolutus, quia humores admodum erant crudi, nec natura ullam tentabat evacuationem; & hac de cauſa non bona ſpes ſalutis erat concipienda, præcipuè cum etiam *Hippocrates*

 dicat,

dicat, eum semper à cibo abhorruisse, quo calorem nativum extingvi apertissimum fuit. Hinc *Galenus in comm.* hæc habet: *Quo die rationi consonum fuisset febrem exacerbari, siquidem natura omninò coctionem aggressa humorum esset, aut solum, ut ostendebant urinæ, quæ tenues permanebant, eo die febris perfectè cessavit. Neque enim septimo die accessit caloris nativi ratione, sed solâ putredinis, succensis febriliter humoribus. Itaq; eorum fervor digestus â febre hominem vindicavit. Sed quia exitialia symptomata permanebant, Hermocratem clarum erat obiturum. Jam quod in die decimo quarto non sudavit, scripsit, vigesimo item addidit, admonens remissionis, quæ sine signis advenit. Nam quod permanserint symptomata, extingui naturam ægri ex his perspicias, quæ vigesimi diei subjunxit narrationi: quibus nunc animum adhibe.*

Humores etiam crudi, si ante coctionem excernantur, judicium morbi perfectum non parum evertunt. Quod ipse significat *Hippocrates, lib. 2. epidem.*

sect.

sect. 1. dicens: *Quæ judicata sunt & cruda & non concocta, præjudicata recidivas faciunt.* Evacuationes enim in principio morbi factæ, cum fiant ab irritata natura, & non observante ordinem, debent esse superfluæ, vel diminutæ, ut docuit *Avicenna fen. 2. lib. 4. tr. 1. cap. 54. Quando superfluit evacuatio, & nondum incepit digestio, tunc nondum est illud, cujus juvamento est innitendum; & evacuatio debilis, & pauca, per fluxum sanguinis narium, aut sudorem, significat, quod natura movit, & non potuit.* Quod jam antea *cap.* 21. his verbis confirmavit: Et scias quod signa crisis, quando adveniunt ante statum & coctionem, & sequitur eam evacuatio multa, non oportet tunc, ut in ea habeatur fiducia, quoniam natura ob humoris copiam, pravitatem & debilitatem perturbata, aut non evacuabit, aut si fecerit, evacuatio erit immodica, quia se ipsam continere non poterit. Quod appositissimo exemplo *Galenus lib. 3. de diebus decretor. cap.* 8. comprobat, dum sic ait:

Consi-

Considera jam mihi tale quid in natura accidisse, quod hominibus naturâ infirmiis contingit, qui à fortioribus quibusdam irritati, pro necessitate impetum faciunt; invaduntq; eos, & imparati pugnantes superantur. Quin etiam onus deponere quiis volens, interim vel invitus cum eo concidit. Causam aliam addimus, quod natura in hac evacuatione utile cum inutili excernat, quia ante coctionem separatio non est facta, & agitat hæc evacuatio vires, & perturbat coctionem, quæ quiete perficitur. Morbi judicium perfectum disturbat etiam, si humores jam perfectè concocti non evacuentur. Hinc rectè *Hippocrates sect.* I. *aphor.* 22. concoctam materiam esse medicandam edocuit. Ubi humores non isti sunt expurgandi, qui coquuntur, sed qui sunt jam cocti. Nam quando morbus concoquitur, manifesta quidem adest concoctio; quando verò perfecta, jam est concoctus. Ad purgationem igitur non est sufficiens manifesta concoctio, sed perfecta; quod docuit *Galen. comm. in aphor.* 24. *sect.* I. *Hipp.* & *lib.* I. *ad Glauc. cap.* II.

Co-

Coctio autem ideò ad purgationem
cſideratur, ut habeamus naturam admi-
iculantem. Sed evacuationi non opi-
ulatur natura, niſi coctione perfectâ;
pſa enim ordine recto cum operatur,
umorem non expellit, niſi perfectò co-
tum & ſeparatum. Perfecta igitur
oſtio neceſſaria erit. Et quoniam in
ugmento natura coctioni eſt intenta, ea
on eſt impedienda aut interturbanda,
eq; medicamentorũ exagitantium ope,
eque vi exagitanda. Et licet morbi
int acuti, vel diuturni, in illis tamen
liqua concoctio exſpectanda. In acu-
is morbis perfecta concoctio requiri-
ur. Sicut enim natura nunquam ju-
licat perfectè, niſi in ſtatu peractâ co-
ctione: ſic Medicus, ejus miniſter, poſt
erfectam coctionem ſolùm evacuabit;
i aliter fecerit ſæva ſequentur ſympto-
nata, virtutis nimirum labor, animi
eliquium, vertigo, nauſea, tormina
& ſimilia. Et ſicut aliquando natura
vel propter morbi magnitudinem,

illius malignitatem, vel aliud irritamentum judicare cogitur in augmento: Si Medicus quoque in augmento, quando propter aliquam causam periculum minatur, solum manifestâ humorum coctione apparente, necessitate coactus, eos expurget oportet. In morbis verò longis, in quibus tenacium & lentorum humorum abundat copia multa, qui semel ob sui contumaciam expurgari nequeunt eos paulatim concoquere, & paulatim evacuere præstat. Ad paulatinam enim evacuationem manifesta concoctio sufficit: & natura in talismodi morbis rarò humorem ad unam criticam expulsionem reservat. Non distrahitur ex hoc natura, nec interturbatur concoctio, sed ... humore redditur fortior, & felicius concoquit, & promptius expellit.

Medicus igitur rationalis motum naturæ juvare & evacuare debet cautè & securè in ultima parte statûs morbi, qui est principium declinationis, quando jam coctio est perfecta, & natura ipsa ad concoctos & separatos humores expellend...

iam monſtrat. Quo tempore ſi non ggreditur operationem ſuam, vel quia anguet, vel impedita eſt; tunc relita in corpore excrementa, cum nutriioni ſint inutilia, nec poſſint ultra à naura gubernari, denuò fermenteſcunt, k morbos concitant; evacuationem idò requirunt, ne recidivas faciant. Semer enim in morbis, teſte *Petro Franciſco Phrygio comm. in hiſtor. epid. Hippocrat. art. 3. ægrot.* 1. pertimeſcendæ veniunt reidivæ, in quibus nulla humorum evauatio, notatu digna præcedit. Quare Medicus, cum non ſit tantum naturæ initator, ſed illius quoque opifex princialis, humores illos concoctos expurgae debet, ſicut natura ſolet, quando rouſta eſt, & non impedita.

Recidivarum legitimarum cauſa efficiens eſt Natura, coctionem aggrediens umoris, ex primo morbi inſultu relicti. ic enim legimus apud *Galenum lib. 3. de morbi vulgar. ſect.* 1. *text.* 10. cum *Hipocrates* narret die vigeſimo ablatam fuſſe *Hermocrati* febrem: *quo ſecundum ratio-*

rationẽ die debuisset febris prorrhitari, si na- tura humorum coctionem aggressa fuisset. Ubi febrem à natura coctionem aggredi- ente profert prorrhitari. Tum *lib. 1. de crisib. cap 18. Galenus* tradit hanc doctri- nam, dicens: *Hoc igitur est, quod prius dicebatur, quod videlicet in morbis febrili- bus tale quid accidit, quale in iis quæ sup- purantur inflammationibus; sicut enim ibi cum generatur pus, ita & hic, dum co- quuntur humores, qui febrem inducunt. Sic igitur in Anaxione quantum ex prima illa crisi defectu relictum erat; hoc rursus & fervescens in coctionis tempore, illam quæ antecessit crisin, febrem generavit: hoc ve- rò à naturali calore, non autem febrili pro- venisse, dierum natura non minimè indicat.*

Humor cæterùm intra corpus conti- neri nequit, qui non continuò à natu- alteretur per coctionem in juvativo, dum nutrire humor aptus est: per coctione- in nocitivo, dum alere ineptus est, non o- mnimodo tamen resistit coctioni: per fer- mentationem verò, dum aptus est fer- mentescere, siquidem, cum alteretur à n-

tur

ra,& perfici nequeat coadjuvante calo-
naturalis alteratione, proprius humo-
calor intenditur, & ab internis illius
rtibus accensis præternaturalis fit, &
morem fermentat derelictum, in quo
ius fermentatio quiescebat.

Cùm tempore intervalli tandẽ partes,
morem continentes, sint intemperatæ,
tior est calor ad alterandum humorem
rmentationi aptum; & ipsum ad fer-
entationẽ redigere valet, etsi remissus,
intra limites naturales appareat; quo-
am, ut inquit *Avicenna lib.* 1 *sufficient.*
ens debile potentius agit circa passum
nninò dispositum, quàm ajens fortius
ca indispositum passum.

Recidivarum illegitimarũ causæ sunt,
l intemperies derelicta, calida nimirũ,
gida, humida, aut sicca, vel in rebus non
turalibus error.

Ex intemperie relicta causari recidivam
egitimam *Galenus lib.* 6 *epidem sect.* 2.
t. 20. egregiè testatur; ubi bifariam
emperiem relinqui intelligit; uno qui-
m modo de concomitante morbum
more; altero verô de morbosa affectio-

ne. Sic etiam *lib.2. de febr. intermittem* *differ.* inter causas circuitûs intemperie relictam poscit. Et *comm. in aphor.12. sect.* 2. *Hipp.* recidivas morborum continger scribit ob reliquias malorum humorum qui tempore putrescentes febrem regi nunt: item *lib.6. de morb. vulgar.* recid varum causam ad morbos frigidos & mu tos revocat; verum istis locis nullâ gen rali ratione rei hujus causas complect tur; sæpè namque redeunt morbi, in qu bus prorsus evacuati fuerant humores lorum autores. Nec solùm quidem morbis frigidis, sed in calidis etiam re divas fieri quotidiana docet experient Quamobrem non immeritò statuit *P trus Forestus lib.8. obs.41. in schol.* ut a loco *Galenus* quoque facit, recidivaru causam, omnibus communem, ipsa morborum dispositionem, quæ subla morbo in corpore adhuc residet. enim ea primùm morbum intulit, sic p stea rursus vel eundem, vel alium proc at, nisi penitus extincta fuerit, novo licet humore, aut vapore, aut aliâ

stan

antiâ genitâ, à qua morbi, cum ſatis
crevit, aut idoneam qualitatem acce-
t, repullulant. Hâc profectò ratione
bres, quæ prorſus curatæ videntur, la-
nte febrili diſpoſitione, redeunt, & ul-
ra, quæ verâ cicatrice tecta videntur,
m ſubeſt mala in ulceratis partibus affe-
io, humor gignitur, qui ulcus, novâ fa-
â eroſione, diſpeſcit: omnes ergò mor-
, in quibus contingit recidiva, ex hu-
ore hoc patiuntur, ſed non ex eo per-
tuò, qui à priori morbo relictus eſt,
rum ſæpius ob genitum, ab ipſa, quæ
on abiit, diſpoſitione. Atqui non o-
nis diſpoſitio ſolet recidivas facere, ſed
æ difficulter tolli poteſt, quales ſunt
igidæ, & quæ potiſſimum malignæ e-
ſtunt. Hæ enim ut perfidæ ſunt, ita
iquando remittuntur, ut omninò ſub-
tæ videantur: verùm poſtea ex levi oc-
ſione, viribus reaſſumptis, novos in-
ltus novoſque morbos prioribus ſimi-
s, aut ab illis diverſos ex humoribus,
uos paulatim coacervant, ſuſcitant. Eſt
rò aliquando recidivæ cauſa humor ex
morbo

morbo antecedente derelictus, qui vel morâ fermentescit, vel affluente nutrimento corrupto augetur, aut aliquas denique qualitates concipit, quarum occasione morbi redeunt. Per eos morbos porrò contingit relinqui humorem, vel ob crassitiem, viscididatem & multitudinem ipsius humoris, vel ob virium debilitatem, aut meatuum obstructionem, aut Medici culpâ, remediorumq; defectu. Occasionem verò præbent, quæ calorem intendunt, & nova excrementa pariunt.

Augent autem relicta excrementa varius copiosusq; victus, & quæ coctionem vitiant. Sic febrium recidivarum causam duplicem constituit *Petrus Franciscus Phrygius comm. in hist. epid. part. 3. ægrot. 1* materiam febrium intus relictam, & calorem præter naturam circum positum, qui sit putredinis redeuntis autor. Et simili ferè modò febrium recidivarum causam duplicem inducit *Guernerus Rolfinck ord. & meth. cognosc. & curand. febr. general. cap. 58.* 1. Materiam seu cacochymiam superstitem; quæ denuò putrescens

febrium

ebrim renovat. 2. Intemperiem visceris, ovam generantem materiam, ex qua revi nova recrudeſcit febris, quamvis onâ æger utatur diætâ.

Intemperies itaque relicta ſimilem roducere humorem valebit, ex quo ſi-ilis ſuperveniat morbus, ex *Hippocra-* *lib. de natur. human.* Morbus primò oductus inſuper ex intemperie fit, & nſequenter ex ipſa relictus novus ejus ſultus ſupervenire poteſt.

In rebus non naturalibus errorem ſſe recidivas illegitimas cauſare quo-diè in praxi obſervamus. Si enim res n naturales ſe habent ex parte cauſa-m morbi, ipſas maximè procreare va-t, ut *Galenus in lib. de ſanitat. turnd.* *in lib. art. medicin.* ipſe docuit.

Aëris tenuis & temperati conſueti-e ſubita mutatio hic multum ad recidi-s efficiendas præſtat. Videmus enim s, qui paulo pôſt in aërem frigidum, porosum, nubiloſum, craſſum haliti-ſque quibuscunque inquinatum pro-ant, aut flumina & aquas pertranſe-

ant, aut laquearia, aut templa aliosque pu-
blicos conventus ingrediantur, statim di-
nuo in febrim recidere, eò quòd per aë-
ris crassitiem pori cutis obstruantur, &
reliquiæ humoris fermentescentis, in cor-
pore adhuc fumigantis, accendantur &
novam febrim excitent. *Franciscus* *Fr*
Med. Practic. tom. 5. lib. 1. de febr. sect.
pag. 80. *Anton. Deusingius Id. doctr.*
febr. disp. 10. *§.* 77.

In victus ratione omnis intemperan-
tia in esculentis & potulentis, putre-
ctioni obnoxiis, visceraq; obstruentib-
& coctionem vitiantibus, assumend-
recidivas illegitimas producit. De
bo & potu sententiam suam ita protu-
Hippocrates lib. de rat. vict. in morb. a
sect. 4. *Si in febre hyberna lingua ass*
fuit, & animi deliquia incidant, huic
febris remissio contingere consvevit,
tamen in perfecta inedia continere, &
qua ac mulsæ potione ptisanaq; eren
conservare oportet, neq; febris remiss
fidendum est, quod ejusmodi signa ag

de vita periclitari testentur. Et *Galenus lib.* 1. *de diebus decret. cap.* 1. tradens morbos, in quibus timenda recidiva, sic dissérit: *Quare animum diligenter adhibere oportet, & in omni custodia ægrum tenere, nihil eorum, quæ iis, qui fideliter sanati sunt, vel in cibo vel potu, vel balneis, vel motu, vel deniq; in aliis quibuslibet: si namq; morbus, qui quievit, exiguus fuerit, forsan, ob exactam victus rationem prorsus subsederit, ut postea nunquam revertatur; si verò malignior existat, etiam tunc cum hoc vivendi modo usus fuerat, redibit, non tamen cum summo discrimine: at si neglexeris, parumq; studiosè animum advertas, tanquam fideliter soluto morbo, gravior, quàm à principio recidivabit.* In recidivis ergò concitandis multum sanè, ut vidimus ex *Hipp. & Gal.* præstat prava victûs ratio. In morbis lethalibus vires suas maximè hæc exserit. Solent enim morbi, qui propè crisin sunt, aut victus ratione pravâ, aut agitatione ab intempestiva medicamenti assumptione ita recrudescere, ut mortẽ inferant. Vict⁹

ratio

ratio prava ſemper ægrotanti maximum adfert incommodum, ſi morbus ſit malignus, acutus & virtus debilis. Si verò morbus ſit levis virtuſque valida, minus incommodum erit, & ſaltem morbus prorogabitur. Recidivas autem plerumque affert. Solent enim ægrotantes ita facilè recidivare, ut ſæpiſſimè mortui ſint, qui jam à febre immunes erant, ſolâ capitis pectinatione. Cane & angue pejus igitur ægrotantes fugiant fercula peſſima & multa, quæ omnino morbo, quo laborant, ſunt contraria, graviorem ipſius ſtatum reddunt, à quo tandem perimuntur, naturâ diſſoluta, dum negligant utilia; neque hoc ullam facit admirationem; nam ſæpè vini multi appetentes mortem ſibi ipſis intulerunt. Quomodocunque enim fiant recidivæ, ſunt malæ, quia morbus morbo ſuccedens, viribus fractis, longè majus periculum habet adjunctum, & præſertim, ſi ægrotantes etiam dent cauſam; augetur ſiquidem multò magis humor, natura difficilius concoquit, nec mul-
neg

egotio ſuccumbit. Hoc Adoleſcenti ...idam viginti annorum apud *Hippocra...m* contigit; de quo poſt multa ita ſcri...tur: *Deinde inſanivit ſtatim, & mor...tus eſt celeriter undecimâ die.* Cauſa fu..., quòd merum multùm biberit, ante...uam inſaniret. Itaque cavendum ab ...ratis in cibo & potu, quantum fieri ...teſt; neque debent juvenes tantoperè ...ribus ſuis fidere.

Res cæteræ non naturales, ut ſo...nus & vigiliæ, motus & quies, excre... & retenta, atque animi pathemata, ...atenus morbi cauſarum indolem in...unt ad recidivas excitandas, ſtrenue ...oque ſuum conferunt ſymbolum.

Somnus igitur & vigiliæ, quâcun...e ratione modum excedentia, malum, ... *Hippocrate aphor. 2. ſect. 3.* Et pro...erea huc quoq; conſpirant. Somnus ...im immodicus membra omnia laxat, ...lorem, habitumque corporis deterio...m reddit, caput gravat, multiſque ...poribus atque humoribus implet, calo...m nativum hebetiorem, parteſque o-

maes ad motum pigriores reddit, Quæ omnia dependent ex nimia excrementorum retentione, quæ ex ſomno immodico contingit. Notiſſimum enim eſt, ſomnum omnes evacuationes cohibere, præter ſudores, atque adeô, poſtquam concoctiones peractæ ſunt, quas ſequi debet excrementorum evacuatio; ſi illa in corpore præter modum retineantur, omnia hæc mala producunt, & recidivis excitandis anſam præbent non exiguam.

Vigiliæ autem immoderatæ in efficiendis recidivis non parum auxilii præſtant, cum ſpiritus abſumunt, & corpus univerſum diſſipant, cerebrum inprimis exſiccant, bilem augent, acuunt & inflammant, ac morbos calidos, interdum etiam, calore diſſipato & abſumpto, frigidos inducunt.

Motus nimius, & qui modum excedit inducendis recidivis fomentum largitur non minimum, ſi eo ſpiritus & ſolidarum partium ſubſtantia exhauritur ac diſſipatur, totumque corpus refrigeratur, muſculorum, nervorum & lig

gamentorum robur dissolvitur, mem-
anæ interdum adeò laxantur & di-
endantur, ut cedant partibus, quas
ntinent, minoraque vasa non rarò
mpuntur.

Quies nimia verò recidivis produ-
ndis fores aperit longissimas ac latissi-
as, quando calorem naturalem obtun-
t, corpus universum nimis refrigerat
discolorat, excrementa cumulat, po-
rum meatus obstruit, humorum de-
xiones irritat, membrorum torporem
citat, & infinita alia mala tàm animæ
àm corpori adfert.

Excreta & retenta, tàm inutilia
àm utilia, qualia sunt semen, men-
s, hæmorrhoides, urina, alvi scyba-
culpâ non vacant. Illis enim intem-
estivè & præter modum excretis vel re-
entis, recidivæ sæpius concitantur. Ve-
us præsertim nimia, vires enervando,
calorem naturalé dissipando, recidivis
romptissimam occasionem suppeditat.

Animi pathemata sicuti non mino-
em in morbis suscitandis vim obtinent,

ita etiam corpus ad fuſcipiendas recidivas facilè diſponere poſſunt. Nihil autem eſt, quod magis homini acceleret morbos & ſymptomata, nihil quod inferat frequentius recidivas, quam ira. Hæc, ut *Galenus lib. de cognoſc adfect.* docet, Spiritus in corde & arteriis inflammat, ſanguinem in vaſis concitat, humores exagitat, morboſque ſæpius lethales inducit. Hæc etiam ex valida humorum commotione eorumq́ue inflammatione recidivas facilè oriri quod curet, certum eſt. Terror, mœſtitia & timor ſanguinem tàm lentè & pedetentim, quàm ſubitò ac confertim verſus principium ſuum cor recurrere, ibique præter modum ſtagnare cum efficiunt, hujusmodi recidivarum moleſtiſſimarum quoque illices eſſe ſolent Confer. *Vidi Vidii lib.* 8. de rat. vict. *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. *Duncani Liddelii art. Medic lib.* 5. *cap.* 23. *&* 24. *Dan. Sennerti inſtitut. Medic. lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 27. 28. 29. *&* 30. *Gothofred Moebii inſtitut. Medic. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. 6. 7. *&* 8. *Alb. Kyperi inſtitut. Medic.*

dic.

ic. lib. 2. cap. 10. & 11. Laur. Giseleri Obs. Medic. de peste Brunsvicensi in præ-at. &c.

CAPUT VII.

Recidivarum differentias constituit.

DUplici potissimum modo perpendimus hic recidivarum differentias vel se invicem, vel ab aliorum morborum mutationibus, exacerbationibus, & humorum peccantium variis motibus, cum uibus convenire videantur. Has, cum rioribus magis illustrentur, *in capitibus quentibus* tangemus; illas verò *hoc in apite* præpositituri sumus.

Est igitur recidiva in essentia sua onsiderata, non simplex, verùm mulplex; alia namque dicitur propria, a-a impropria. Propria vocatur illa, uam nuper descripsimus; impropria est, uæ sine morbi remissione omnimoda apervenit, sicut *Leoforbidæ* contigisse

Hippocrates lib. 7. vulgar. sect. 1. verss 238. refert, cujus febris, quæ nondum fuerat soluta, iterum ad majorem inten-sionem reditum fecit; & ipse dicit re-cidivâsse: sed in *lib. 1. epidem.* proprius loquitur, dicens, quòd morborum alii fuerint recidivantes: alii redeuntes seu ingravescentes.

Deindè recidiva propria alia est le-gitima, alia illegitima. Recidivam legi-timam dicimus ortam ex materia reli-cta ex morbo recidivante, post imperfe-ctam crisin seu judicationem; de qua *Hippocrates sect. 2. aphor. 12.* & *lib. 6. e-pidem. sect. 2. text. 12.* scripsit. Recidi-vam illegitimam appellamus recidivam occasionaliter ortam, ex vi morbi reci-divantis. Recidivam legitimam secun-dum rationem fieri docet *Hippocrates lib. 2. epidem. sect. 2.* non verò illegiti-mam, quoniam majorem connexionem habet prima cum primo morbi insultu ob materiæ identitatem; de quâ *Gale-nus in comm.* meminit, quòd exuperan coctionem necessariò morbum faciat.

Ei

Eſt iterum recidiva illegitima duplex, alia ex intemperie calida viſcerum, aut internarum partium relicta provenit; alia ex indebito victus uſu oritur. Admodum obſcura, atque dubia multa involvere videtur hæc diviſio; quæ ut reſolvantur ac diſcutiantur omnem movebimus lapidem. Erit igitur dubium *primum*. Si recidiva, ex indebito victus uſu proveniens, non ex morbo præcedente dependeat, non poteſt facilè habere recidivæ rationem; ſed novus dici debet morbus. Reſponſionem facilem ſic hîc damus: licet novi victus uſus ex morbo antecedente non pendeat; ſemper tamen recidiva ex illo proveniens, ex primo morbi inſultu fit occaſionaliter, quatenus ex illo provenit vel debilitas, cibi perfectam coctionem impediens: vel quod remaneat appetitûs illius indebitus: vel quòd ad partes exhauſtas & inanitas plus deferatur alimenti, quàm poſſit à natura ſubigi.

Alterum erit: in recidiva legitima non dari poteſt recidivandi occaſio cùm

materia ex morbo præcedente relicta sit concocta & subacta: alias primi morbi insultus non desineret. Ubi respondemus: Recidivam timet *Hippocrates aphor.* 12. *sect.* 2. & *alibi*, quia materia non perfectè subacta & cocta est, & allevatio fit sine securitate, ob imperfectam materiæ elaborationem; iis enim, quæ præter rationem eveniunt, non est fidendum.

Tertium erit: Tempore intermissionis recidivæ legitimæ, quando remanent humores, prius febrem ob fermentationem acquisitam causantes, cum ad benignũ & naturalem statum non sint reducti fermentescunt, & ideò semper manet morbus, & sic non erit propriè recidiva. Respondent hic *Oddus de Oddis in comm. ad aphor.* 12. *sect.* 2. *Hipp.* & *Joh. Baptist. Sylvaticus lib controvers. & histor. fol.* 226 quod in materia heterogenea cessarit putredo (quam nos fermentationem dicimus) in partibus tenuioribus, & postea redeat in crassioribus.

Quia verò in materia homogenea recidivæ quoque dantur, si non ex toto

matec

nateria, morbum committens, evacue-ur, solutio hinc allata difficultati satisfa-ere non videtur. Respondemus igitur, quod humor aliquando à causa violenta orrumpatur, indeque inevitabilis mors equatur: aliquando coquatur à natura, & indè secura proveniat salus: aliquan-lo naturæ & causæ præternaturalis bene-icio fermentescat, & coquatur, & juxta hujus vel illius victoriam dubius fiat even-us. In hac actione natura lacessita ple-umque ab opere cessat, & inde manen-e adhuc causâ, remissiones & allevatio-nes fiunt, quæ iterum ad novam altera-ionem cogit, si materia sit cruda.

CAPUT VIII.

Differentiam inter Recidivam & primum morbi insultum inquirit.

REcidivAm cum primo morbi insultu specificam habere identitatem contendunt *Taddæus Florentinus comm. in*

 aphor.

aphor. 12. *sect.* 2. *Hipp.* *Petrus Aponensis*, Conciliator dictus, *differ.* 180. *Jacobus Forliviensis quæst.* 23. *in* 2. *aphor.* & alii, si legitima & propria sit adhuc recidiva, & quæ ex materia relicta post imperfectam crisin sive judicationem supervenit. Opinioni autem huic ut colorem aliquem adjiciant, sequentia argumentorum pondera in medium producunt; quæ ipsis non parùm favere videntur.

Primum igitur est. Ut accidens sit numero unum, petit subjecti inhæsionis unitatem, & temporis, in quo fiat, unitatem; verùm primus morbi insultus & recidiva fiunt in diversis temporibus discontinuatis in tempore intermissionis, quod necessariò inter primum morbi insultum & recidivam interesse debet; hinc ex iis unus numero morbus fieri nequit.

Alterum erit: A privatione ad habitum non datur regressus; ast tempore intermissionis morbi insultus primus ad sui privationem pervenit, & desinit esse: Idem ergo numero in recidiva supervenire non iterum potest, *Terti-*

Tertium erit: Febris recidivans ple-
umq; dependet ab humore continenter
ermentescente intra vasa; sed diversus
st humor, à quo dependet in primo insul-
u & fermentatio, ex qua fovetur, in il-
o diversa est. Cum igitur humor & fer-
nentatio, ex quibus febris in recidiva
endet, diversitatem arguant: febris ideo
eu morb⁹ in recidiva erit numero alius.

Quartum erit: Materia, ex qua reci-
iva fovetur, secundum *Galenum lib.* I.
e dieb. decretor. cap. I. solet tempore in-
ermissionis ex indebito victûs usu ge-
erari, & ab ea, quæ primum morbi
nsultum fovit, consequenter diversa
st: pars ergò morbi, ex illa dependens,
rit numero distincta à primo morbi in-
ultu.

Quintum erit, Insultus morbi pri-
nus solet esse acutus, & illius recidiva
it morbus chronicus: verum morbus
cutus & chronicus sunt diversæ in spe-
ie constitutiones: non possunt igitur
sse idem numero morbus.

Sextum erit: Morbus in sua radice,
do-

docente *Avicenna*, benignior eſt, quam in recidiva; in hac enim plerumq; contingit malignum fieri morbum, qui prius non fuit malignus: Non ergo poteſt eſſe morbus numero unus cum primo morbi inſultu in recidiva.

Septimum erit: Eadem tempora univerſalia habet morbus numero idem; diverſa verò tempora habet recidiva; ac primus hujus morbi inſultus eſt, cum incipit illius principium, poſtquam primi inſultus morbus declinavit. Recidiva idcirco & primus morbi inſultus idem numero morbus eſſe nequeunt.

Verum enim verò, cum hæc argumenta veritati minus conſona videantur, ad ſingula reſpondebimus.

Ad *primum* ergo ſic reſpondemus: Quantitas ſicut alia eſt continua, cujus partes uniuntur termino communi; alia diſcreta, cujus partes ſunt diſcontinuatæ, quamvis non ſine ordine quodam ac connexione: ita pariter morbi alii continuò lædunt; alii diſcretè, & cum intermiſſione: taliſmodi ſunt febres in-

ter-

rmittentes, & morbi recidivantes, de
norum natura eſt tempus intervalli, &
missionis febris; eò quod ad illud ſub-
quatur inſultus; ex quibus adintegra-
ur, & fit unus unitate diſcreta indivi-
uali completa per partes diverſas, hete-
ogeneo modo adintegrantes talem mor-
um intermittentem juxta propriam il-
us naturam.

Ad *alterum* reſpondemus: In reci-
iva non eadem pars morbi ſupervenit,
uæ præceſſit, ſed novus inſultus, ex quo
mul cùm antecedente fit & adintegra-
ur unus numero morbus, ſicut una nu-
ero quartana, aut tertiana adintegra-
ur, & fit una numero febris; & ex
luribus ordine prolatis verbis fit una nu-
ero oratio ſine eo quod ultimum ver-
um ſit primum reproductum, ſed ulti-
um ſuo ordine conſequutum.

Ad *tertium* reſpondemus: In reci-
iva legitima ſupervenit recidiva ex hu-
ore, qui poſt criſin ſive judicationem
nperfectam ex primo morbi inſultu re-
anſit. Et adhuc ſi aliqua humoris por-
tio

tio poſtea generetur, morbus erit unus in recidiva, unitate individuali indiſcreta, ſicut unus fit morbus quartana, quæ per annum durat, etſi nova materia pro acceſſionibus continuò generetur.

Ad *quartum* reſpondemus eodem modo: vel de legitima & propria recidiva loquimur, quæ fit ex materia ex primo morbi inſultu relicta. Licet etiam denuò materia generetur, unitatem tamen numericam diſcretam & coadintegratam ex natura heterogenea non impedit.

Ad *quintum* reſpondemus: Quòd morbus ſit acutus, aut chronicus, malignus aut benignus, ad differentias ſpectat accidentales, quæ ſuperveniunt morbo recidivanti, aut non recidivanti in diverſis morbi temporibus, non variatâ morbi naturâ in ſuo eſſe, quemadmodum non variatur homo ineſſe talis, cum albus aut niger in diverſis ætatibus fiat.

Ad *ſextum* reſpondemus: Morbus in primo ſuo inſultu benignior, aut remiſſior, non entitatem morbi numericã,

ſed

d tantùm accidentales numericas diffe-
ntias mutat.

Ad *ſeptimum* reſpondemus: Morbus
cidivans eadem tempora univerſalia
r totum ſui decurſum habet; diverſi e-
s inſultus ſub univerſalibus temporibus
rticularia ſua tempora habent, ut in ter-
ana contingit, cujus acceſſio quælibet
mpora diverſa particularia habet,
amvis tertiana tota quatuor particu-
ria tempora ſolum percurrat.

Cùm igitur recidiva ſit morbi reditus
ſeipſum, ſpecifica ſaltē identitas requi-
tur; generica namq; in transmutatio-
e in morbos ſpecie diverſos invenitur,
quibus recidiva non datur. De i-
entitate numerica præcipuè hic occur-
t difficultas, quæ in morbis dupliciter
ontinuis; alia eſt in continuis; alia eſt
intermittentibus. Morbus continuus
ſt, qui continuò adfligit; diſcretus, qui
on continuò, ſed per periodos quiete
nterpolatas adfligit. Sicut enim in quan-
tate alia eſt continua, alia diſcreta: i-
morbis accidit, in quibus diverſa eſt
uni-

unitas; alia, quæ continuum morbum metitur, non ſolum ſecundum id, quod operationes lædat, ſed etiam ſecundum ſuas intermiſſiones; in quibus ratio morbi in esse intermittentis conſervatur: & pari modo in morbo recidivante in tempore, quo morbus quieſcit, ratio morbi in esse recidivantis conſervatur, cujus intervallum eſt pars adintegrans, ſine qua non poſſet eſſe recidivans.

Morbus propterea recidivans eſt unus numero morbus, qui modo heterogeneo ex primo illius inſultu, ex tempore intervalli, & ex ipſa morbi recidiva adintegratur. Hac in parte nobiſcum conſentientem habemus *Ludovicum Mer.* *lib.* 1. *part.* 2. *claſſ.* 4. & rationes etiam variæ, quas perluſtraturi breviter ſumus, id ſuadent.

Morbus enim legitimè recidivans, ſeu recidiva propriè ſic dicta, eſt in ſeipſum reditus, ab eadem numero cauſa materiali, & ab eadem materiæ alteratione dependens; hinc idem numero eſt. In morbo recidivante deindè cum primus

us morbi insultus, intervalli, tempus recidivæ ita sint partes illius adinte-rantes, ut, quâcunque deficiente, mor-us nequeat dici recidivans, meritò u-um numero constituunt morbum. Quia erò morbus recidivans includit neces-riò reditum morbi, qui in se ipsum nitus fuit; hinc ex primo insultu, ex e-s privatione in intervallo, & ex ejus editu in recidiva necessariò adintegre-r.

Sic se habent etiam primus morbi ecidivantis insultus, & ejus reditus, ut ccessiones diversæ, seu circuitus tertia-æ, aut alterius febris intermittentis; sed ertiana una numero est, quæ ex diversis ccessionibus, & intervallis inter ipsas ad-ntegratur; primus ideò morbi recidi-antis insultus, intervallum, & recidiva nus erunt numero morbus.

Sicut porrò de intrinseca morbi conti-ui ratione est, quòd fiat unus numero ex uarum partium continuitate; ita mor-o intermittenti intrinsecum est, quòd x diversis suis partibus discontinuatis adin-

adintegretur; aſt morbus recidivaa cùm per reditum ſui in ſe ipſum, pco primi inſultus ſolutionem, conſtituatu diſcretus eſſe petit: ex diverſis igitt inſultibus & eorum intervallo neceſſarr adintegrari petit.

Unus numero morbus aliàs eſt, q quatuor tempora univerſalia, à prim nimirum inſultu uſque ad ejus ſoluti nem percurrit: de morbo autem recid vante dicimus, quod à primo inſultu, tempore intervalli, & in ſolutione, a declinatione tempora quatuor univerſ lia percurrat, per quæ horum triu menſuramus durationem; quoad eni alterationem materiæ per totum mor decurſum attenduntur ſigna coctio aut cruditatis, juxta diverſa tempora niverſalia, primum & ſecundum inſu tum, & intervallum inter illos menſ rantia; hæc tria ideo unum nume morbum adintegrabunt.

Sic quoque dierum computatio morbo recidivante attenditur à prin

mo

morbi inſultu & per dies intervalli, atq; recidivæ continuatur, & variæ judicationes ſubſequuntur perfectæ aut imperfectæ, juxta hunc dierum numerum, ut videre eſt apud *Hippocratem lib. in Epidem.* Erit igitur unus numero morbus, ex intervallo, & primo, ac ſecundo inſultu adintegratus.

Si quid tandem obſtaret ad unitatem recidivæ cum primo inſultu, maximè illud intervallum erit, in quo morbus non reperitur; carentia verò morbi in intervallo eſt ratio eſſentialis conſtitutiva morbi recidivantis in eſſe intermittentis, in eſſe diſcreti, & in eſſe morbi in ſe ipſum redeuntis, ita ut ſine illo talis eſſe non poſſet: hinc in eſſe recidivantis ratione intervalli potius ſit unus numero morbus.

CA-

CAPUT IX.

Differentias inter Recidivas & morborum aliorum exacerbationes perpendit.

MAxima videtur, & reverâ quoque est, inter recidivas & exàcerbationes seu accessiones morborum quorundam differentia, si naturam earum examussim consideremus; undè recidivare non dicuntur tertianarius, & quartanarius, quoties cunque de tertio in tertium, aut de quarto in quartum diem insultum morbi experiuntur; tunc enim unus est morbus, qui suam seriem ac typum servat. *Taddæus Florentinus comm. in aphor.* 1.2 *sect.* 2. *Hippocr.* Sic quoq; neque epilepticus, qui per lunæ circuitus ægrotat; neque podagricus, qui in temporum mutationibus, ut in solstitiis, vel æquinoctiis podagrâ detinetur, recidivare dici debent. Ita etiam erysipelas singulis annis recurrens non est morbus re recidivus; nam ii morbi tales ex sua natur

ara ſunt, ut ſtatis temporibus rever-
ntur.

Quilibet in quibusvis temporibus morbi fieri poſſunt; nonnulli tamen in uibusdam magis tunc fiunt,cum irritan- ur,ut exactè docuit *Hippocr.ſect.3. aphor.* . Nihil enim eſt in rebus non naturali- us quod morbum non poſſit cõmittere; roindè non ſolis temporũ intemperatu- s adſcribendæ ſunt cauſæ morborum o- nium,endemiorum, epidemiorum,ſpo- dicorũ,ſive ſint hæreditarii,ſive ſyntro- ni, ſive à communis aut particularis cu- ſque naturæ vitio, ſive per cacochymi- n, ſive per plethoram, ſive per intempe- em, ſive occultam corruptionem. Hi im omnes omnibus anni temporibus cidunt; plures tamen accidunt magis caſione temporis, quàm vitio victûs,& turæ. Qui omnes fiunt vel ratione ci ſolis; ſic namq; æſtas ardentes febres ovet: vel ratione motus ejus; ſic enim r morbos cutaneos gignit, propulſis à tura foràs humoribus: vel ratione mporis præcedentis; ſic enim ver gene-

F rat

rat furores, melancholias, &c. ob humores autumno genitos, qui hyeme discuti non potuerunt.

Vere ergò melancholiæ, furores, epilepsiæ, sanguinis fluxiones, anginæ, gravedines, raucedines, tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, pustulæ ulcerosæ plurimæ, tubercula & articulorum dolores accidunt.

Æstate verò horum morborum nonnulli quoq; sicut & febres continuæ ac ardentes, nec non tertianæ plurimæ, quartanæ item & vomitiones, alvi profluvia, lippitudines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines & sudamina contingunt. Autumno pariter æstivi quoq; multi morbi fiunt, & febres quartanæ atq; erraticæ, lienes magni, aquæ inter cutem, tabes urinæ stillicidia, intestinorum lævitates & difficultates, coxæ dolores, anginæ, asthmata, ilei, morbi comitiales, melancholiæ & insaniæ. Et hyeme tandem pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, gravedines, raucedines, tusses, pectoris, laterum & lumborum dolores

-ores, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiæ obveniunt. Vid. *aphor.* 20. 21. 22. & 23. *sect.* 3. *Hippocr.*

Sunt tamen, præter hos morbos, certa sua tempora observantes, etiã alii morbi, certam periodum suam advertentes, qui tamen recidivi dici nequeant. Sic doloris capitis periodici & varii in Viro quodam meminit *Sim. Shultzius Ephemer. Curios. Germ. Ann.* 6. & 7 *obs* 173. Hemicraniam periodicam in Viro Illustriss. plane singularē observavit *Thom Bartholinus Ephem. Curios. Germ. Ann.* 1. *obs.* 51. Delirium periodicum in Chirurgo quodam *Dresdensi* notavit *Phil Salmuth centur.* 1. *obs.* 63. Epilepsiã periodicam, non ad menstrua lunæ intervalla redeuntem, sed singulis diebus aliquoties recurrentē, in Nobili quodam juvene *Phil Jac. Sachsius Ephem. Cur. Germ Ann.* 2. *obs.* 95. exhibet. Et sic quoq; epilepsiã ab accessu duplicem facit *Joh Jonstonus Syntag Med pract lib* 3 *tit.* 2. *cap* 7. *art.* 2. unam periodicam, alterã non periodicam. Periodica, vel potius periodos servans est, quę vel singulis añis semel aut bis;

vel singulis mensibus in novilunio aut plenilunio, vel brevioribus intervallis, sed illis statis, invadit: cujus paroxysmum Hippocrates χειμῶνα tempestatem, intermissionem, γαλήνην tranquillitatem vocat. Visa quæ habuit senos circuitus statis horis quotidiè & decedentes & redeuntes, tandem in accessionem longissimam, singulis diebus sine intermissione ad horam vigesimam continuantem, facessentes. Non periodica est, quæ periodos non servat, sed nunc citius, nunc tardius recurrit. Vide sis *Joh. Heurnii comm. in aphor. 7. sect. 5. Hippocrat.* Spasmum periodicum in juvene melancholico vidit *Nic. Tulpius lib. 1. obs.* 15. quem is octiduo ante prædicere solitus est. Memorabile quoddam symptoma; semper recurrens, cordis scilicet anxietatem cum lipothymia gravissima, quæ tamen, accepto aliquo cordiali pharmaco, largissimo sudore solvebatur in Nobilissima quadam Virgine *Simon Schultzius Ephemerid. Curios. Germanic. Annal.* 4. *&* 5. obs. 127. advertit. Pleuritidem periodicam in

Ludi-

Lxii moderatore quodam obſervavit *Gothofredus Schubertus Ephemer. Curioſ. Germanic. Annal. 2. obſ. 202.* Matronam quandam nobilem ſingulis menſibus ſemel puris ſputo laborantem curavit, eamq; à periodico hoc ſanguinis ſputo liberavit *Alardus Herm. Cummius Ephemer. Curioſ. Germanic. Ann. 1. obſerv. 94.* Virum novit *Phil. Salmuth. centur. 1. obſ. 3.* cui vomitus ſangvinis fuerit frequens & periodicus. Dolorem hepatis periodicum paſſa eſt Nobilis quædam Matrona apud *Raymund Joh Fortem centur. 3. conſultat. & reſp. Medic. 52.* Menſium profluvium periodicum quibusdam in mulieribus notârunt *Simon Schultzius Ephemerid. Curioſ. Germanic. Ann. 6. & 7. obſerv. 53.* & *Raymund. Joh. Fortis centur. 4. conſultat. & reſp. medic. 37. & 38.* Atqui mictum ſanguinis periodicum in paſtore quodam *Serveſtano* deprehendit *Phil. Salmuth centur. 3. obſ. 47.*

Quamvis autem hujusmodi morbi omnes, jam adducti, certas ſuas habeant periodos, in intermedio tamen tempore,

 ubi

ubi quietem habent, his detenti, sani non sunt censendi. In tempore quietis convenire his nomen morbosi noluit *Taddæus Florentinus in comm. jam citat.* sed potius neutrius, quod idem sit ac valetudinariis. Non tamen in omni casu debere habere locum hanc opinionem *Taddæi Florentini* credo, sed in iis solum, in quibus quies longior est, ut in epilepticis & podagricis; in tertianariis & quartanariis aliter est sentiendum.

CAPUT X.

Differentiam inter Recidivam & Epigenesin adducit.

MOrborum variæ sunt mutationes, humorum peccantium varii itidem motus, ex quibus epigenesis, metaptosis, metastasis, diadoche, transfusio, apostasis & palindrome consistunt; quæ species omnes cum recidivis convenire videntur: ast si singularum naturam exactè rimemur, eas multum inter se differre deprehen-

rehendemus. Quomodo ab epigenesi differat recidiva, in *hoc capite* saltem videbimus, reliquas species *peculiaribus capitibus* destinaturi.

Recidivam antea diximus morbi in se ipsum reditum. Epigenesin autem appellamus, cum morbus manente priori, denuò adnascitur.

Recidivæ igitur naturam parasangis multis ab epigeneseωs natura differre quilibet videt, & ex sequentibns videbit.

Derivatur autem epigenesis ceu vocabulum *Græcum*, ab ἐπιγίνεσθαι, id est, supervenire, succedere, & de iis dicitur, quæ in morbis accidunt, propriéque de his, quæ morbi ratione & auctæ passionis nomine succedunt. Morbos igitur & symptomata morbis succedere cum veteribus Medicis statuit *Galenus comm. in aphor. 35. sect. 6. Hippocr.* quæ ipsius morbi augescentis ratione accidere solent. Hînc ἐπιγινόμενα dicuntur, quæ morbis necessariò, eorumque increscentium ratione succedunt, eosque ex neces-

necessitate comitantur. Et ita simpliciter, ut symptomata, non exprimuntur. Τὰ ἐπιγινόμενα etiam dicuntur de morbis, qui, priore manente affectione, superveniunt, & velut auctario succeduntt. Quorum omnis generatio ejusmodi esse consvevit, ut neq; parvos, neq; mites, sed malos atque malignos morbos consequatur, ut scribit *Galenus comm. ad aphor.* 11. *sect.* 7. *Hippocr.* Volumen non unum exiguum, teste *Galeno comm. in aphor.* 11. *&* 15. *sect.* 7. *Hipp. Praxagoras* περὶ τῶν ἐπιγινομένων scripsit. Et totus *aphorismorum liber Hippocr septimus* περὶ τῶν ἐπιγινομένων quibusdam inscriptus est. De iis verò ac scienter ita scripsit *Hippocrates lib.* περὶ παθῶν: *In morbis cum alter ad alterum accedit, plerumq; occidit. Siquidem corpus ex priori morbo imbecillum alius succedens morbus nactus, prius præ imbecillitate perit, quàm, qui posterior accessit morbus, desinat:* Est & ἐπιγίνεσθαι *suboriri, crebrò & assiduè accidere.* Sic apud *Hippocratem aphor.*

phor. 56. *sect.* 4. ἐπιγινόμενος ἱδρὼς, *sudor in febre subortus & crebro accidens* dicitur.

Modo quoque triplici ἐπιγίνεσθαι dicitur de morbis, aliis morbis supervenientibus, necessariò nimirum, consultò & fortuitò. Morborum enim quidam supra quosdam, ut mala supra mala necessariò eveniunt: quidam consultò: quidam fortuitò.

Qui necessariò, ut mala super mala, evenire dicuntur, eveniunt necessitate, vel simpliciter, vel ex hypothesi. Simpliciter vocamus, si ita adesse debeant, ut impediri nequeant. Ita apud *Hippocratem sect.* 7. *aphor.* 58. leguntur hæc verba. *Quibus cerebrum concussum est, necesse est mutos fieri.* Hoc autem accidit, vel quia cerebrum ejusmodi concussione ab una parte in aliam distrahitur, ita ut partes circumvicinæ disrumpantur, & in hoc casu patiens restituitur: vel quia concussum cerebrum disrumpitur & convellitur, & tum desperata res videtur; quippe tum cerebrum in propria sua substan-

ſtantia continui ſolutionem, quæ ſanari nequit, patitur. Dolor verò à concuſſio- ne non percipitur cum facultas ſentiens deperdatur.

Exemplum ſimile habemus *ſect.* 6 *aph.* 50. apud *Hippocr. Quibuscunq; cerebrum præciditur, iis neceſſe eſt, febrem & bilis vo- mitum ſupervenire.* Qui *aphoriſmus* de vulnere cùm cerebri, tùm membranarum ejus intelligitur. Membri enim principa- lis inflammatio ſemper comitem habet febrem. In vulnere quoque illarum par- tium maximo fit vomitus, ſi ſcilicet bilis, quæ omnium humorum tenuiſſima & le- viſſima habetur, commota & agitata, ad ventriculum fluit, & ad os ventriculi re- fluit, undè facilè rejicitur. In *Coacis* ad- dit *Hippocrates, etiam in cerebri vulnere neceſſe eſſe partem aliquam corporis ſydera- tam,* hoc eſt, reſolutam fieri. Reſolutio verò fit in ea parte, quæ parti vulneratæ reſpondet, vel in parte oppoſita. Pro re- ſolutione contingit etiam convulſio, aut partis ejusdem, aut oppoſitæ. Cujus rei cauſas exactè rimatus eſt *Andr. Lauren-*

tius

us Oper. Anatomic. lib. 4. quæst. 5. & 6.

Exemplum de necessario ex hypothe- describit ita *Hippocrates sect. 6. aphor.* 3. *Si omentum excidat, necessario putre- scit.* Id est: Si pinguedo illa, quæ omen- tum appellatur, vulnerato epigastrio, per vulneris aperturam, extra peritonæum e- xierit, necessariò putrescit, ex hypothesi nimirum, nisi statim fuerit reductum; nec enim pinguedo extra prominens bre- vi temporis spatio putrefit; si verò breve illud spatium prævenias, à putredine libe- rabitur.

Exemplum egregium *alibi* prostat, in quo necessarium utroq; modo reperitur: si nimirum *nervus dissectus fuerit, con- vulsionem facit, & necesse est, ut dissectus neq; coalescat, & fortiter inflamme- tur.* Ubi nervus dissectus, videlicet non totus, nec in directum, sed pars e- jus in transversum, propter sensum a- cutissimum, quo pollet, dolorem acer- bissimum ex continui solutione in- fert. Hoc quidem simpliciter necessarium

est;

est: quemadmodum pariter necessaria simpliciter est ad vulnus cum dolore inflammatio. Præterea inflammatio fortis & convulsio, ob inchores multos, ad partem læsam delatos, quibus nervus repletur, & in latitudinem augetur, in longitudinem verò decurtatur, ita necessariæ sunt, ut Medici industria, præcautionis beneficio, possint evitari.

Unum duntaxat hîc advertimus, *Hippocratem* nimirum inter morbos, qui necessariò morbis adveniunt, reponere febrem, quæ rigori supervenit: quoniam scilicet rigorem sine febre antiqui non cognoverunt, quòd *Galenus lib. de trem. rigor. & palpit. cap.* 7. ad illius temporis frugalitatem refert. *Ne mireris,* inquit ille, *si apud veteres Medicos scriptum invenias, febrim comitari necessario rigores, qui sine frigore obveniunt externo, ex ipsa corporis dispositione prodeuntes. Nihil enim tale veteribus, nec balneis tot post cibum, nec vitâ otiosâ utentibus accidit. Hoc autem tempore ambo hæc frequenti in usu habita, etiam rigorem hunc, qui, quòad*

uòd excalfieri nequeat, ἀνεκθέρμαντ@ appellatur, excitant, novum quoddam & peregrinum ſymptoma, propter victus novitatis rationem.

Deindè conſulto eveniunt morbi, ſicut mala ſupra mala. Natura conſulto operatur, quoties ſui compos eſt, & circa morbos, ea quæ agenda ſunt, ac ſi judicio regeretur, agit; conſulto enim aliquid fieri, & judicato, idem eſt; judicato autẽ fit, quicquid criticè accidit; indè criſeos nomen quoque acceptum eſt; cum enim quiſpiam vulgaris perturbationi, quàm æger in die contemplabili patetur, adeſſet, judicium de ægrotantis ita fieri exclamavit, à forenſibus cauſis militudine ductâ. Conſultò fit igitur, quicquid ad bonum fit; natura ſiquidẽ, ſi ſui compos eſt, conſultò agit. Interdum quoq; aliquid conſultò ad malum fit; non quod judicatio fiat, ſed quod non fiat fortuitò; multa enim ſunt, quæ ex privatione ſui oppoſiti denominationem obtinent. Sic mare dicitur quietum, non quod quietũ ſit, ſed quod non ſit procelloſum.

 Ita

Ita ver temperatum dicitur, cum tamen calidum ſit, ſed non valdè calidum. Et permittente aliquo quidpiam factum exiſtimatur, quia fit, eodem non renuente. Undè receptum eſt apud jurisconſultos: Qui tacet, conſentire videtur. Simili modo criſis prava, quæ pravis ex ſignis in die indicatorio fuit præſignificata, & in judicatorio fuit facta, dicitur facta conſultò: non quòd naturæ conſilio, ſed quòd non fortuitò, verũ ex cauſis ſuis præcognitis fiat. Neque verò aliquid conſultò in morbis factum dicitur, niſi quòd ſit criticum: ſi ſit ad bonum, naturæ ſit conſilio; ſi ad malum, morbi victoriâ.

Tertiò fortuitò eveniunt morbi, ut mala ſupra mala. Fortuitò aliquid accidit, cum aliter ac ſperabatur accidit, ſive à natura, ſive à Medico, ſive quomodocunq; aliter id fiat. Ejuſmodi fortuiti eventus alii ad bonum, alii ad malum tendunt. Caſus autem in naturæ operibus interdum multum juvat. Si mulier ſanguinis vomitu laborare poteſt

huic menſtruus contingat fluxus, vomitus ceſſabit. Quando item mulieribus menſtrua deficiunt; quibus ſi diarrhœa, aut dyſenteria ſuperveniat, his ex magno ad egerendum conatu menſtrua profluent. Caſus etiam ſanitatem affert, ſicut accidit illi, qui, referente *Marcello Donato, de Medic. hiſtor. mirabil. lib. 5. cap. 4.* in tempore ſagittâ fuerat vulnerata, & poſt quintum annum, cum frigidâ per æſtatem os collueret, innumeris ſternutamentis concitatis, ruſtrum ſagittæ digiti medii longitudine, acie ferreâ, per nares ejecit. Fuerunt pariter aliqui, quorum hiſtorias recenſet *Ambroſius Paræus in introduct. ad Chirurg. compendiar-cap. 23.* qui in fluvium prolapſi à quartana convaluerunt. Sicut & Phreniticus, qui per feneſtras ſe præcipitē dedit, ac ſubitò reſipuit; & melancholic⁹, qui, ut *Gordonius* tradit, in capite vulneratus fuit uſq; ad cranii fracturam, & quamdiu vulnus fuit apertũ, tamdiu mentis dilucida habuit intervalla, clauſo autem vulnere, melancholia rediit.

Even-

Eventus fortuitus ad malum quoque fit, ut si quando in pleuritide, in qua tussis opportuna est, ut materia nocens expellatur, nihilominus tussiendo vas in thorace rumpatur, & sic ex bona caussa pravus sequatur effectus. Vel etiam, si natura per hæmorrhagiam narium ardentem febrem solvere instituit, & tunc sanguinis pars aliqua, narium viam relinquens, ad palatum convertatur, & vel suâ multitudine suffocet, vel ad pulmones descendens, suppurationi, ac tandem phthisi occasionem præbeat.

Medicus similiter ad bonum, & ad malum fortuitô agit, ita ut unum intendens aliud longè diversum, aut potius contrarium evenire videat, ut possit illud *Horatianum* dici:

——— amphora cœpit
Institui, currente rotâ cur urceus exit?

Ad bonum, ut quando pharmaco purgante mulieri exhibito, egerendi vi, menstrua, quæ antea delitescebant, appareant. Ad malum, ut si dum pharmacum

pen

er inferiora purgans, exhibemus, vomi-
um proritemus, à quo vas aliquod in
orace rumpatur; aut si in febre inter-
ittente exhibito medicamento purgan-
, materiæ portione ad majora vasa de-
ctâ reddatur continua; aut si ex sim-
ici tertiana, materiæ parte ad alium
cum delatâ, fiat duplex; aut si bilis
causone pharmaco educta, vias, per
as transit, hoc est, intestina exulce-
t, & dysenteriam efficiat. Idcirco sa-
enter, ut solet, *Hippocrates*, *quâ per*
rtuitum successum Medici ægrotos, cu-
ntes faciunt, considerare jubet.

Epigenesis hæc, cujus naturam ex-
icandam in *hoc capite* suscepimus, nun-
am judicatur bona. Illam in morbis
avissimis solum admisit *Galenus comm.*
aphor. 11. *sect.* 7. *Hippocr.* ita dicens;
upervenientium consistentia, neq; parvos,
q; mites insequitur morbos, sed magnos
q; malignos. Propterea *comm. in aphor.*
sect. 7. *Hippocrates à sangvinis sputo*
ris sputum, non tanquam perpetuum
cepit; *neq; enim omne sputum sangui-*
nis.

nis, sequens habet sputum purulentum *sed tantummodo, quod malignum existi* Videtur quidem *à sanguinis sputo pur* *sputum* esse potius metaptosis quàm ep genesis; quippe prior morbus, *sanguin* nimirum *sputum*, in alium transit mo bum, *puris* videlicet *sputum*. Epigen sis nihilominus dicenda est, cùm utr bique sit idem eductionis modus, materia eadem, sed posterior priore p jor, quod est epigeneseos propriu Sic apoplexiæ supervenisse epilepsiem l thalem scribit *Carolus Raygerus Ephem rid Curios. Germanic. Ann. 6. & 7.* *serv.* 212.

Et sic morbi, de epigenomenis pa ticipantes, suâpte naturâ debent esse m gni; & necesse est etiam, ut tùm ep genesis advenit auctam simul habea magnitudinem; hinc supervenientia esse censet *Galenus comm. in aphor.* 1 *sect. 7. Hipp.* quæ passionibus auctis, iam deterioribus factis, superveniur nam (ut idemmet *comm. in aphor.* *sect. 6. Hipp.* testatur) *supervenire pass*

nib

us alias passiones, Prisci Medici dicere *sueverunt, quæcunque ipsius passionis* *ctæ ratione contingere solent.* Nec immeritò; sicut enim animalia, nonnisi vectioris ætatis, sunt apta gignere; etiam (ut cum *Galeno comm. in aphor.* *sect. 5. Hipp.* dicamus) *non simpliciter* *eri⁹ passio alteri supervenire apta est, sed* *quæ magnitudinẽ habent effatu dignam.*

Ejusmodi autem passiones, aliis passiibus supervenientes, licet sint pravæ, agnæ, & auctam quoq; habeant magnidinem, non tamen simpliciter & absolu lethales sunt. Earum pravitas, & maitudo etiam aucta non statim mortem ferunt. Totam hanc rem nobis cláriom reddet dubium quoddam, quod hic rstringere nobis libet; & quod sic se bet. *Num in febribus malignis & arntibus, surditas superveniens, ferè morm ad bonum judicet.*

Contrarium hîc statuit *Hippocrates* *1. prorrh. text. 32.* surditatẽ in acutis bribus evenientẽ admodum reprobans. ntentiam suam confirmat in *coacis* ita

dicens;

dicens: *In febre acuta obsurdescere auree furiosum est*; item: *valdè surdum, in aa cipiendo tremulum, linguâ resolutum, too pidum esse malum.* Patet hoc evidentee surditas enim cerebrum esse affectum significat, ex *Galeno lib.* 1. *prorrh. comm* 31. *Surditas autem unum est signum eei rum, quæ cerebrum affectum indican* idcirco bonum & fidum signum esse no potest, cum sit maximè suspectum, e *Galeno lib.* 3. *de composit. medicam. se loc. cap.* 1. maximè cum ad auris inflam mationem sæpius, teste *Avicennâ fen.* 4 *lib.* 3. *tr.* 1. *cap.* 3. sequatur. Surditate i super mortuus est *Hermocrates apud Hi pocratem lib.* 3. *epidem, sect.* 1. *text.* 5. & *lib.* 1. *sect.* 2. *text.* 1. eodem symptomat *Philiscus* obiit. Cur demum ad bonu judicabit surditas, si abscessus juxta aure delirii, aut majoris mali occasio est, a ferente *Hippocrate in coacis*: *Ex cæcit te leniter abscessus juxta aurem fiunt.* tem: *accedente ægritudine surditas, & u rina subrubicunda*, subsidentiam non h bens, &c.

Ac

Adfirmativam ſententiam tuetur
mmune, ac multis abhinc ſeculis quaſi
manus latum experimentum, quo fre-
ntiſſimè obſervamus, ſurdaſtros, acu-
& lethali febre laborantes, ubi in de-
atione morbi, craſſi & copioſi vapo-
, unâ cum humorum lentorum copia,
rebro in auditorios meatus, faculta-
ſenſitricis receptionem impedientes,
pelluntur, ſalvos ſuperſtitesq́; evaſiſ-
quare in malignis doloſisq́; febribus
itatem ferè ſalutis eſſe prænunciam
rmamus, cum *Hippocrate lib. 2. epi-
ſect. 3. text. 3.* Sic enim de puncticu-
febre verba faciens, inquit: *Nulla
em mulier mortua eſt, cui hæc accidiſ-
, auditu erant gravi, & comatoſæ.* I-
rixit *Herophilus lib. 1. epidem. ſect. 3.*
. 20. Ita *Epicratis* uxor, *eod. lib. &
text. 22.* Ita *Abderæ* virgo igni cor-
ta, *lib. 3. epidem. ſect. 3. text. 80.* Ita
em Abderæ Heropytus cauſone pre-
ſus, circa diem centeſimum, ſurdi-
ſuperveniente, integrè judicatus eſt.
ditas namque in declinatione contin-
gens,

gens, est signum bonum, ut inter omn
notavit *Ludovicus Mercatus lib 7. de feb*
pestil & malign. cap. 2. & maximè, si cd
lirium aut sopor præcedant; significa
enim naturam devincere morbum, cu
humores noxios ab intimis cerebri sed
bus ad vicinas minusque præcipuas de tt
dit corporis partes, & sic caput à vitio
humoribus crisi quâdam repurgat,
mundificat.

Hanc litem post *Hippocratem* dirim
re voluit *Avicenna*, dum *fen.* 4. *lib* 3.
1. *cap.* 3. sic ait: *Nocumentum audi*
quandoq; accidit secundum semitam cr
um, & secundum semitam permutatio
materiæ in fine ægritudinum acutarum,
Idem asserit *fen.* 2. *lib.* 4. *tr.* 1. *cap.* 14.
signis crisis, quæ fit cum permutatio
materiæ ad superiora. *Significant illud g*
vitas capitis, & sensuum, & propriè audit
ita ut quandoq; perducat ad surditatē,

Surditas ergò in febribus, cùm cr
quædam sit, in initio morbi apparere n
debet, signorum decretoriorum n
quæ statim adesse non debent, quo

sunt judicatoria, non judicantia, e aut lethalia sunt, aut difficilis juationis, apud *Hippocratem lib. 2. epi-* *s sect. 2. Nihil* enim *in initio ad bo-* *n evacuari potest; nam si quid tunc* *ernitur, non fit naturæ judicantis ra-* *ne, sed sunt omnia casus præter natu-* *n earum quæ sunt in corpore dispositio-* *n; prius enim oportet præire conco-* *nem, subsequi discretionem, & eva-* *tionem, ut bona fiat crisis, atque ju-* *ium.* Nam in principio nunquam fit is, nisi perniciosa, imbecillitatem ultatis retentricis, ut cum *Galeno* *m. in aphor.* 12. *sect.* 1. *Hippoc. lib* 3. *crisib. cap.* 5. & *Avicenna fen.* 2. *lib* 4. *t. cap.* 2. loquamur, ob humorum com, ostendens, & malitiam humon, expultricem irritantium, significs. Sic mortui sunt *Hermocrates* ate *Philiscus*, & alii, qui extinctâ jam, emortuâ audiendi facultate obiere; am surditatis causam mortiferam icat *Hippocrates lib.* 1. *prorrh text* 31. turbulentis enim febribus, in quibus, ut

ut rectè notat *Hier. Mercurialis ad hun* *loc.* ægri vehementer turbantur, exilium clamant, & quasi furiis agitantur, & ii quibus cerebri virtus jam extinguitur surdi penitus fiunt, ob sensificæ facultatis omnimodam jacturam, & obeunt. De his loquitur *Hippocrates sect. 4. apho.* 49. *Si ægro debili existente, surditas ac fit, proximam esse mortem ostendit.* Hi de causa surditatem in febribus evenientem *Autores* reprobârunt; Sicut quando in initio morbi, vel ab aurium inflamm contingit. Neq; ex eo semper erit re probanda, quia cerebrum affectum e demonstrat; hoc enim modo hæmorrh gia in febribus tantoperè laudata, stern tamentum, & aliæ per os, palatum nares evacuationes condemnabuntur quarum vi superflui & excrementitii capite humores impacti à natura utilit expelluntur.

Epigenesis insuper non semper e ejusdem naturæ & indolis, verùm pr morborum & symptomatum succedentium ratione, multiplex evadit.

E

Fit enim *primùm* epigenesis in mor-
um ejusdem speciei. Et sic in eadem
ecie infima facilè morbus propagatur.
exempl. gr. ignis sacer, qui crus aut bra-
aium occupat, vel è crure ad abdominis
gionen, vel ad thoracis sedem ex brachi-
dilatetur & extendatur. Aut etiam si
λεγμονὴ κιονίδος καὶ ἀντιάδων, id
t, inflammatio gurgulionis, aut glandu-
rum, quæ sub lingua sunt, dilatetur a-
tò, ut in κυνάγχην, id est, anginam de-
eniat; vel quando tertiana duplex fit
: simplici. In eadem specie subalterna
oducitur etiam morbus, ut dum ex ter-
ana intermittente fit continua, aut au-
â ventriculi intemperie, hepar intem-
eriem contrahit, aut vice versâ, hepate
temperie laborante, ventriculus ean-
em suscipit.

Secundò, epigenesis in morbum al-
rius specie fit, & propagatio morbi
morbum alterius specie facilè contin-
t, quando scilicet ex febri tertiana fit
artana, aut etiam, quando ex febre
uturna hemitritæus oritur, acuta qui-

dem febris, & valdè lethalis. Et ita posse accidere, colligitur ex *Hippocrate lib.* 11. *epidem. sect.* 3. *text.* 5. & ratione quâdam non contemnendâ ostenditur: diuturnitate siquidem febris ventriculi coctio debilitatur, ac propterea cruditates multæ congeruntur. Febrilis præterea caloris assiduitate sanguinis pars aduritur; hînc bilis coacervatur. Mali denique diuturnitate partes variæ offenduntur, fitque crudis & biliosis succis in variis partibus congestis, hæmitritæus.

Tertiò, epigenesis in morbum toto genere diversum accidit. Sic febris morbus est in intẽperie, bubo verò morbus in compositione; & hi duo morbi toto genere inter se distant; cum ex bubone fit febris, morbus in alium toto genere distantiam convertitur. Convertitur autem facilè; ex bubone enim aucto fuligines putres ac fermentativæ cor petunt, pravam febrem excitant. Quôd si sit ephemera, suppurationi tantùm debetur quoniam, *dum pus conficitur, dolores & febr*

res fiunt, febrisq; tunc ex spiritibus excalfactis procedit. Cùm itaque *Hippocrates sect. 5. aphor. 55.* dicat: Ex *bubone febres omnes ortæ malæ, præter ephemeras*, sunt quidem malæ per epigenesin, propagatis scilicet putridis sive fermentativis fuliginibus. Sunt autem ephemeræ per diadochen, id est, per successionem partis ad partem.

Epilepsia & melancholia, si ad morbos eas referamus, genere toto distant: epilepsia nimirum morbus in via est, seu in numero, aut compositione, obstructio scilicet; melancholia verò morbus in intemperie simul cũ materia est. Symptomata verò aliquo modo in genere conveniũt: quandoquidẽ utrobiq; actio læditur, in epilepsia motus in melancholia sensus, nẽpe potentia interior. Atqui hi duo morbi se invicẽ consequuntur, dicente *Hipp. l 6. Epid. sect. 7. in fin. text. 54. Atrabilarii etiã comitiali morbo corripi plerũq; solent, & vicissim comitiales fieri solent atrabilarii.* Hoc autẽ saltẽ per epigenesin fit: partim, quia nunquam melancholicus fit eleptic⁹,

neque epilepticus, melancholicus cessat; nisi malo nimis aucto; partim, quia adveniente posteriore, prior non cessat. Hanc autem vicissitudinem non esse perpetuam docet *Galenus lib. 3. de loc. affect. cap. 7.* *sed ita magna ex parte accidere; quippe non solùm melancholicus succus, verùm etiam pituitosus morbum comitialem committit. Is igitur, quem melancholicus succus constituit, in melancholiam transit, qui verò à pituitoso ortus est, in aliam affectionem permutatur, melancholiam verò haudquaquam efficit.* In aliam affectionem permutari hic non metaptosin significat: impropriè siquidem *Galenus* hìc loquitur: quandoquidem in alium morbum permutatio, priore adhuc manente, impropria permutatio est.

Quartò, epigenesis inter symptomata speciei ejusdem contingit, atque symptoma ejusdem speciei propagatur. In exeunte mutato hoc videmus. Sic enim apud *Hippocratem sect. 7. aphor. 15.* legimus: *A sanguinis sputo puris sputum.* Non cessat autem sanguinis sputum, supervenient-

iente puris ſputo, ſed ex mero ſanguine t pus ſanguini permixtû. Hunc autem *aphoriſmû* ad epigeneſin refert *Galenus*, inuiens: *quod omnis hæc enumeratio ſit eoum, quæ propriè ſupervenientia vocantur, manifeſtum eſt*. Rationem rei hujus aducit talem, quia non ſequitur epigeneſis, iiſi ad grave ſanguinis ſputum.

Exemplum aliud epigeneſeos ex ſymtomate ejusdem ſpeciei ſymptoma, in eſa nimirum actione, legimus apud *Hipocratem ſect. 7. aphor. 18. In vigilia conulſio & deſipientia.* Cum enim vigiliæ reſcunt ac durant, ex ſiccitate cerebrum atitur: undè duo illa ſymptomata, alteum in motu læſo, convulſio ſcilicet; alerum in ſenſu interno læſo, id eſt, deſiientia, eveniunt, nec ideò ceſſant vigiæ, ſed admodum horribiliores evaunt.

Quintò, epigeneſis ſymptomatis ad ymptoma ſpecierum diverſarum oritur. i quæramus illam epigeneſin, unum ymptoma in actione læſa, alterum auem in qualitate mutata reperiemus. Exem-

xemplum tale nobis ſuppeditat *Hippocr.* *ſect.7.aphor.26. In forti dolore ventris frigiditas partium extremarum malum.* Hic fortis ventris dolor erit actio læſa; partium verò extremarum frigiditas erit qualitas mutata. Dicitur autem *malum*, cum hoc ipſum per epigeneſin fiat. Quomodo autem fiat iſtud *malum*, *Autores* ferè omnes, qui hunc *aphoriſmum* expoſuerunt, ſic intelligunt. Contrahitur in forti dolore pars dolens, & à vicinis partibus contractione ſanguinem, ac ſubindè calorem ad ſe convocat. Vicinæ etiam partes virtute quâdam innatâ ſanguinem & ſpiritus in ſubſidium ad locum doloris transmittunt. Aſt adhuc extremorum frigiditas nulla eſt, quippe (niſi in valdè debilibus) calor tantus eſt, qui partim dolenti membro ſuccurrat, partim membrũ mandans non deſerat. Cùm verò ex vehementi moleſtia cor patiatur, iſtam autem vehementem moleſtiam dolor inferat, dolorq́; eò increſcat, ut propter illum cor anxietudinẽ patiatur, tunc viſcus illud princeps, & fons caloris, ab extremis microco-

ſm

imi regionibus ad centrum, hoc eſt, ad ſe in centro ſiquidem reſidet) calorem ſuſcipit; propterea extrema prius, utpote iſtantiora, frigent; & hoc dixit *Hipp.* *valum.* Erit autẽ deterius, quo plura frieſcent membra. Tandem deterrimum & eſſimum, cum omnia. Accidit autem hoc nprimis, ut *Galenus l.* 5. *de loc. affect. cap.* 1. neminit, *quibus vitale robur infirmum eſt, nimi vero affectiones, ob imperitiã fortes. His animæ* (ſpiritum) *eſſentia facilè diſſoli poteſt.* Confer. *Galeni, Jac. Hollerii, Joh. Liebautii, Joh. Heurnii, Joh. Cunrad. Dieerici comm. in hunc aphor. & Stephan. Rod. Caſtrenſis Tract.* *Quæ ex Quibus inſcript. ib.* 1. *cap.* 15.

Sextò, epigeneſis ſymptomatis in morbũ venit; vel ſymptoma quoq;, ſi nimis augeatur, in morbum propagatur. Ita v.g. diarrhœa, ſi increſcat, febrem habet comitẽ. Conſentaneũ enim tantæ agitationi febrie incendiũ eſt. Diarrhœa ex numero ſymptomatum erit, quæ conſiſtunt in excretis mõdicè; febris morbus ſalutabitur; morbus enim ipſa etiã eſt, quando pro ſymptomate habetur; ſymptoma tamen dicitur,

cum ad affectum priorem, more symptomatum, sequitur.

Exemplum *aliud* offert nobis ἀποτυχία τῦ τῆς αἱματώσεως ἔργυ, id est, frustratum sanguificandi opus. Læsa nimirum actio, & subindè symptomatica, tres multiplicat substantias, naturæ nostræ multitudine suâ planè adversas, serum scilicet, pituitam & flatus; hinc tres emergunt hydropis species satis notæ: Dicitur verò hydrops mor: in compositione, seu in figura.

Exemplum *tertium* suggerit nobis dolor; qui symptoma est, læsa scilicet actio; in morbum autem propagatur, hoc est, in inflammationem. Quod luculenter exposuit *Galenus lib. 3. meth. med. cap.* 3. hisce verbis: *Una est naturæ facultas, quàm excretoriam dicimus: ea suo munere fungitur cum triste aliquid sentit. Unum verò quiddam ex iis, quæ eam contristant, ipsa quæ dolorem excitat causa, quæcunque ea sit. Hanc igitur ejicere dum properat phlegmonem interdum in particula excitat; cum enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa, quod in*

estat expellere, sanguinem, & aliquid spiritus ex superpositis partibus, in afflictam simul exprimit. Atq; hinc fit, ut ex dolore particula, proportione fluentis humoris, in tumorem tollatur.

Quartum exemplum subministrat nobis *Hippocrates sect. 7. aphor. 23.* in his verbis: *A dejectione syncera difficultas intestinorum, malum. Dejectio syncera* hic symptoma est in excretis immodicè: ab hac morbus oritur in compositione, seu etiam in continui solutione, ulcus nimirum in intestinis, id est, *dysenteria, seu intestinorũ difficultas. Septimò* denique, epigenesis morbi in symptomata fit. Sunt aliàs symptomata, vel pathognomonica, vel epiphænomena, seu mox apparentia. Illa necessariò cum morbo adveniunt; hæc verò eveniunt simul cum morbo, non tamen semper, nec necessariò. Præter jam allata sunt quoque ἐπιγινόμενα, seu supervenientia, quæ ad morbi magnitudinem consequuntur. Hæc licet tàm multa sint, ut comprehendi cuncta vix queant, non inanem tamen

laborem arbitramur plurima pertractare; quæ febrium calorem & siccitatem consequuntur. Inter hæc occurrit *primò* sitis, quæ licet febrium ardentium signum pathognomonicum sit, potest tamen, sic augeatur, inter epigenomena quoq; recenseri. Sed *Philiscus* teste *Hippocrate lib.* 1. *epidem. sect.* 3. *ægrot.* 1. febre ardente correptus, tertio die sitibundus apparuit. Jactatio *deindè* in lecto caloris implacabilitatem etiam sequitur, vigilia siccitatem, delirium utrumque. Alia *demùm* sunt, quæ febris essentiæ adversantur, ut si in febre ardente calor non sit valdè mordax; si æger cum linguæ ariditate non sitiat; si lingua non rubescat; si æger quoque in lecto non agitetur. Hæc quamvis non sint symptomata, sed symptomatum privationes, nihilominus non nisi malis febribus superveniunt.

CA-

CAPUT IX.

Differentiam inter Recidivam & Metaptosin respicit.

ANalogia, quam recidiva & metaptosis inter se habeant, exigua sanè, el planè nulla est, quamvis hoc sibi mul- i non habeant persuasum. In recidiva nim reiteratur morbus, qui paulò antea uievit, à causa aliqua intrinseca. Me- ptosis verò est morbi unius in alterum, beunte priore, permutatio. Et hînc me- ptosis & epigenesis inter se quoque dif- runt. Si enim morbus in alterum mor- um, exutus priore pelle, mutetur, *Græci* μεταπίπτειν dicunt, & indè μετάπτωσιν. i verò malo utroque superstite id fiat, *ræci* vocant ἐπιγίνεσθαι, & hinc ἐπι- γένεσιν. Novit hoc egregiè *Galenus omm. in aphor.* 11. *sect.* 7. *Hipp.* Ita dif- rens: *Qui transmutatur morbus, quan- o, priore cessante, advenit alter; superve- it autem, quando altero adhuc manente, lter adjicitur.* Erit

Erit itaque metaptosis, ut jam diximus, permutatio unius morbi in alterum, abeunte priore; epigenesis autem est propagatio unius morbi in alterum, priore manente: vel epigenesis est, cum, priori morbo manente, alius adnascitur.

Et sic μεταπίπτειν plerumque de morbo dicitur, qui in aliam transmutatur speciem, quando, priore cessante morbo, alter supervenit, aut prior morbus in alium degenerat, sicuti pleuritis transmutatur in peripnevmoniam, secundum *Hippocratem sect. 7. aphor.* 11. Interdum quoque de humorum transfluxu & transpositu effertur, ubi locum subindè commutant. Sic *Hippocrates in prorrh.* ex dorso crebros horrores subindè locum commutare scribit. Sic quoque de symptomatum in contraria permutatione μεταπίπτειν intelligit *Hippocrates lib. jam citat.* ubi celeres summitatum corporis in utraque extrema permutationes adducit. Et rursus *ibidem* in phreniticis initio moderatum esse

esse, crebro verò permutari, malum judicat. Iterumque *ibidem* crebrarum in phreniticis transmutationum meminit. Quòd certè ex humorum transfluxu transmutationeque contingit, qui suâ qualitate variâ adferunt symptomata, variasque gignunt permutationes, quas *Galenus* μεταῤῥύσεις appellat.

Erunt igitur plures metaptoseos differentiæ, pro causarum varietate, quarum plurimas nunc percurremus.

Prima contingit ab uno eodemq; humore, varias conditiones subeunte: ut si sangvis in cerebri vasis modò excalfactus splendescat, ac desipientias cum risu concitet, modò adustione ulteriore obscuretur ac nigrescat, ex quo metus & moeror oriuntur. Sic apud *Hippocratem lib. 3. Epidem. sect: 3. ægrot. 15. Dealcis* uxor ploravit, & rursus risit.

Altera fit, humoribus diversis unum eundemque locum occupantibus. Ita si in cerebro pituita adsit, cujus vis narcotica somnos conciliat; adsit & simul bilis, cujus aculeus vigilare facit, adfectus

oritur, ex somno & vigilia compositus, quem iccircò coma vigil nominant Medici. Aut si uterque humor putrescat sive fermentescat, fit τυφομανίη, typhomania, lethargus nimirum & phrenesis simul. Sic quoque ex relatu *Galeni lib. 1. prorrh. sect. 1. comm. 27. audacissimi nonnunquam tempore aliquo visi desipientes, post timidi & perterriti videntur; audacissimi* nimirum propter aliquod in corde biliosi humoris prædominium, quod visceri huic calorem maximè auget. Nam, ut *Galenus in Arte Medica cap. 29.* differit, audacia calidi cordis signum est. Prædominium aliquod habet biliosus humor; si enim abundet, furorem magis, quàm audaciam parere valet. Postea verò *timidi & perterriti* redduntur, ob humoris frigidi in eodem viscere, in corde nimirum, præsentiam; audaciæ namque obstat, *quoties frigidus circum præcordia sanguis obstiterit.*

Tertia à diversis humoribus, in diversis locis hærentibus, modò uno, modò alio prævalente, producitur. Sic jam *allega-*

gata *Dealcis* uxor interdum *multùm lo-*
vuta est; interdum rursus *quievit mul-*
t. Utrumque ex delirio fuit. Loquaci-
as ob vapores sangvinis, titillantes leni-
er in faucibus, evenit; Taciturnitas ve-
ò, ob vapores melancholicos, mentis se-
em obscurantes. Neq; enim planè apho-
a fuit, ut ejus silentium ad loquendi im-
otentiam referri potuerit; statim enim
ostea loquuta est liberè, ac sine noxa.

Quarta ex causarum intensione &
emissione nascitur. Ex intensione acci-
it, si sitis in deliro augeatur, si, quan-
umvis talis sit, potum tamen appetat, in-
ensq; poculum exhauriat. Idem quo-
ue de mictione dicendum erit; pauca
uippe urina mingendi cupiditatem non
dfert, urget multa opusq; mingendi in
nemoriam revocat. Phlogosis pariter
n cerebro simplex tantum efficit deliriũ;
i verò intendatur, ut ex phlogosi phleg-
none fiat, jam erit phrenesis. Item si ven-
riculi frigiditas magna sit, stupore partis
llius oborto, in appetentia causatur, sin
arva, ventriculi oris tunicas corrugans,
ppetentiam auget. Ex remissione
con-

contingit, ut delirus nonnunquam sitt non prematur, cum scilicet non sit vall dè magna.

Quinta fit ex facultatis in aliquo membro extinctione. Exemplum hìc nobis sit sitis παράλογος; si nimirum æger mente constet, & calor, linguæq; ariditas sitibundum esse proclament; ille tamen, qui prius siti cruciabatur, manente ariditate eâdem cum calore, non amplius sitiat, mutatio prava est. Hinc quoque *Hippocrates lib.1. prorrh. sect.2. text. 22. sitim, quæ non ex ratione in acutis morbis solvatur, malam censet.* Solvitur etiam, & planè tollitur appetentia, quando in orificio ventriculi, quasi sphacelato, facultas appetendi extincta est, & inappetentia tanta est, ut multi magis mori, quàm comedere quicquam desiderent.

Sexta propter malignitatem est, cui *Galenus lib. 1. prorrh. sect. 2. comm. 8.* celerem in utramque partem tribuit mutationem, sic disserens: *In summè malignis permutatio istorum* (caloris nimirum

&

frigoris) *horâ unâ ad contraria efficitur, interdum quidem, ut tanquam hyeme frigeant, interdũ verò tãquam æstate calesciãt.* ...que malignitati tribuit, quod olim *Hippocrates in prorrh.* dixit: *Summæ corporis partes, si celeriter in utramq; conditionem permutentur, malum.*

Septima ob irrequietum humoris statum accidit, suâpte naturâ cum habet orgasmum, atque Medicis materia turgens dicitur, quæ stare loco certo nescit, sed nunc ad partem movetur, in qua nos perterret, nunc ad aliam, in qua nos consolatur.

Octava fit, cum causa, quamvis non sit suâpte naturâ turgens, adhuc tamen instabilis existit, sed paulò post firmatur, & hinc metaptosis oritur. Hinc *Galenus lib.* 1. *prorrh. sect* 2. *comm.* 17. *Affectionem, cum illa fit, & nondum facta est, breviter separatâ efficiente ipsam causâ, sedari* luculenter scribit.

Nona propter naturæ conatum, & contentionem contingit, quâ humor morbum faciens, si non expellitur, ast quibusdam saltem partibus recedere

cogitur, ad quas, ob naturæ impotenti-am, denuò revertens, interimit. Et hæc est una ex causis variis, quare moribund videantur multoties melius habere, se intra horas paucas gaudium in moërorem convertatur.

Non semper quoq; metaptosis prava ha-benda est; aliquando enim bona existit. Sicuti verò non unam subit conditio-nem: ita aliquando bona, aliquand prava, aliquando etiam ἀδιάφορος seu indifferens fit. Interdum fit ἐκ φαύ-λων εἰς ἐπιεικῆ, *à pravis ad benigna*; & i hac justo tempore Medicis humorum, ve copiâ, vel qualitate, infestantium evacua-tiones esse instituendas *Gal. lib.* 1. *prorr* *sect.* 1. *cõm.* 12. monet. Interdum autẽ ἐ ἐπιεικέων εἰς μοχθηρὰ, *à bonis ad prav* *fit.* Hînc *Cornelius Celsus de Re Medic. lib.* *cap.* 2. sic ait: *Si plenior aliquis, & speciosi-or, & coloratior factus est, suspecta haber bona sua debet.* Nam, ut *Hippocrat* *sect.* 1. *aphor.* 3. scripsit, *exercitatorũ ha-bitus, qui ad summum bonitatis gradum attingunt, periculosi* sunt. Ve

Verum enim verò habitus ejusmodi n sunt boni; ac subindè non in iis ri potest metaptosis *à bonis ad prava.* n autem boni sunt, partim, quia sunt riculosi, partim, quia, ex *Hippocratis* e, statim solvendi sunt. Periculo-n verò non potest esse bonum; & num non solvi, sed conservari debet. nt quidem boni, imò optimi, & quia timi, *non in eodem statu permanere, q; proficere queunt.* His ergò de cau-bonum habitum, præservationis, n curationis causâ, solvere expedit.

Interdum etiam ἀδιάφορος seu indif-rens est metaptosis: sic dicimus eam, æ nec est *à pravis ad bona, nec à bonis prava,* verùm vel ἐξ' ἐπιεικῶν εἰς ἐπιεικῆ, *à bonis ad bona*, ut si sudor in uri-m convertatur, aut contrà urina tran-t in sudorem; utriusq; enim, juxta *Gal.* o. *simpl. cap. de sud.* materia est, eadẽ, & ẽ generationis modus. Si pariter mictio anseat in dejectionem, aut contrà deje-o in mictionem, *ex aph. 83. sect. 4. Hipp.*

utrumq;

utrumq; bonum. Vel ἐκ μοχθηρᾶς εἰς μοχθηρά, *à pravis ad prava*, ut quando ex uno delirio fit in aliud transsitus; *utrumq; malum.*

CAPUT XII.

Differentiam inter Recidivam & Metastasin contemplatur.

IN recidivis ipse morbus, qui paululum quievit, & extinctus visus est, revertitur; in metastasi verò humor peccans saltem transmittitur; hinc etiam humoris transmissio eadem nominatur, quæ non parum à recidivis differt, etsi μετάστασιν nonnulli à μεθίστασθαι, id est, recidere derivent.

Est autem μεθίστασθαι non solùm recidere sed etiam transire, discedere, immutari, demigrare, transferri; diciturque ferè de morbi depositione ac transitu, veluteque in alterum successione

tran-

nsmutatione, ut quando pleuritis in ripnevmoniam transmutatur. Et hînc oprie μετάςασις est, cum ex parte una alteram malum (morbus scilicet causa- e morbifica) migrat. Sic ex *Hippocra- n coac. prænot. febres intermittentes in- toq; ac vago ordine prehendentes, au- nno in quartanam ferè transeunt, aut tantur.* Et *ex laterum inanitate ad in- inum tenue migrant dolores.* Apud *ppocratem aphor. 7 sect. 5.* in verbis, ἐπιληπτικὰ μετάςασιν ἴχει, *comi- les affectus mutationem accipiunt*, με- ςασις idem significat, quod μεταβο- ; hoc est, *mutatio*, & per abusionem σις, id est, *ipsius morbi* solutio. Ver- hæc ita interpretatur *Galenus in comm.* ταςάσεως *morbi propriè quidem nomi- atur, cum ex una in alteram partem migrat malum. Per abusionem verò am solutiones sic vocantur. Ac mihi idem certè Hippocrat. in præsentia se- edo hoc significatu dictionem hanc usur- re videtur; neq; enim solùm in alias tes translatis humoribus, morbum co-*

mitiã-

initialem efficientibus, affectio solvitur verùm etiam omninò percuratis. A... morbus comitialis reverâ solvitur, & so... lutione propriè dictâ, & propriè dict... μετάστασις. Sic hic puer apud Hippocra... tem hoc morbo solvetur beneficio ætati... vel adhibitâ rectâ victûs ratione ac just... remediis; hæc est solutio. Alter, idq; pe... μετάστασιν, incidet in febrem quarta... nam, & ita liberabitur epilepsiâ. Possun... ut scribit *Galen. lib. 6. epid.* commoveri hæ... morrhoides & varices in cruribus, tran... latâ materiâ à capite in crus, & ita solv... tur epilepsia. Potest item fieri, ut, q... antea erat epilepticus, fiat podagricus.

Suppurationem sive apostasin nonnu... quam etiam significat μετάστασις. I... apud *Hippocrat. sect. 5. aphor. 8. qui ple... ritide laborant, nisi intra dies quatu... decim supernè repurgentur, iis in empyem... fit mali translatio.* Quæ quomodo ἀ... τῆς ἀποστάσεως differat, paucis est... spiciendum. Metastasis propriè hum... rum aut morbi transpositum ac depo...

tu...

n significat; apostasis verò abscessum, e suppurationem. Hæc judicationem fert, ægrumque à molestiis omnibus erat; contrà metastasis principium ha- t aliarum accessionum, ut & aliud e- it tempus ad coctionem mali, alium- e corporis locum, ad quem infestanti- a humorum facta est translatio, ex *ppocrate lib. 4. de rat. vict. text. 68.* Ex ibus colligimus eas inter se differre iversali & singulari notione. Licet e- n sint utraque humorum in partem ali- am illapsus & decubitus, generalius ta- n quiddam apostasis continet, quæ osos humores felicius, & velut ex to- evacuat, solutionemque facit. Meta- sis autem peculiarem partis cujusdam positionem indicat, in quam illapsi hu- res judicatione evacuari nequeũt, sed ncoctione indigent. Vid. *Anutii Fœsii conom. Hipp. p. 441. Barthol Castelli Le- Med. Græco-Latin. p. 31. & 327.* ac *Jac. llerii comm. in aphor. 7. sect. 5. Hipp.* Hæc materiæ morb. metastasis fit potissi- m revulsione ejusd. per loca incomoda, benè notat *F. Fogerolæ meth. in aph. H.*

pag. 32. & 33. sive humor, intrò, vel extra se convertat: extra conversus ἐπιφάνης est, sicut intrò κρυπτὸς: Epiphanes rursus aut calidus est, aut frigidus: calidus per anaclysin fertur ponè aures, sicut parotides à sanguine, aut ad cutem, velut icterus & erysipelas à bile. Frigidus per cataclisin in virtute debili ad adenas, circa alas & inguina, ubi bubones febri epiginomeni, cæteraque ἀποστήματα in virtute forti ad articulos femoris, tibiæ, pedum, humeri, brachii, manus, undè chiragra, & pedis, undè podagra. Intrò conversus humor crypticus est, in quo genere sunt ἀποστήματα, novum à crisi morbi genus, periculosum, iterumque judicandum, tanquam acutum. Excernitur autem hujus materia purulenta per urinas, aut dejectiones, è natura loci & partis affectæ. His omnibus communis est palindrome, anadrome, anastrophe, à fronte & à tergo, sursum, deorsum, à dextris, à sinistris.

Fit verò hæc metastasis non per manifestos tantùm meatus, sed per occ-

...s etiam. Præter meatus enim unicuiq; ...gnitos, per quos, quicquid in corpore ...xibile eſt, fertur, ſunt alii incogniti, ...orum contemplatio nos in admiratio...m deducit. Metaſtaſis porrò, vel à na...ra fit, vel à morbo, ſeu melius à cauſa ...orbi, vel ab utroq;; & ſic omnes tres ...etaſtaſeos ſpecies, materiæ nimirum or...ſmum, cauſam nondum firmatam, & ...turæ conatum comprehendimus. Quæ ...im fit propter materiæ orgaſmum, à ſo... cauſa morbi fit; quæ vero propter na...ræ conatum, à natura; quæ ob mate...æ inſtabilitatem, ab utroque; neque e...m humoris inſtabilitas ſufficit, niſi il...m natura detrudat; neque ita facilè à ...tura detrudatur, niſi inſtabilis ſit.

Cum metaſtaſin illam per meatus in...gnitos fieri dicimus, intelligimus in...gnitos nobis, naturæ verò, quæ licet ...gnitione non utatur, dirigitur tamen à ...gnoſcente, cognitas. Undè quoq; *Hipp.* ...l. 6. *epid. ſect.* 5. *text.* 2, ita ſcribit: *Na...ra ipſi ſibi per ſe, non ex conſilio, acceſſus ...venit, partim quidẽ ut connivere, partim*

H *verò*

verò & linguâ subministrat, & id genuss lia quæque. Inerudita natura, & indd cta, quæ opus sunt, efficit. *Galenus* in *comm. per accessus* explicat *vias, aut imp tus ad agendum, sive motiones ad action obeundas*, ut scilicet natura ὄπ ἐκ δι νοίης, sine consilio, vel indocta in feratur actiones, quibus exequendis commodata habet instrumenta. Qu argumentum latissimè prosequitur *lib. de usu part. cap. 3.* item *lib. 15. cap. 7. &* 6. *de loc. affect. cap. 6.* Cæterum *Hip crates*, cui prius *natura morborum me catrix* dicitur, addit paulò pôst: *adin nit natura sibi ipsi accessus*, id est, v Non igitur tantùm loquitur de admir dis actionibus, sed de viis etiam, per q *natura* ista *medicatrix*, humorum me stasin efficiens, morbis medetur. C stat hoc, quia utriusque rei exem utitur. Palpebrarum etenim motus linguæ in proferendis vocabulis agil ad actiones spectant, quas *naturæ omn seu naturæ animalium, sine doctore edi* Quis enim docuit puerum recens nat

nicta

jactare? quis clamare, & postea cum loqui incipit, verba proferre tanto movens se lingvæ beneficio, ut si in unaquaq; litera proferenda quid præstandum sit, ab alio addisceret, vix totum vitæ tempus huic operi sufficeret. Atque hæc de actionibus disseruit, quibus pro coronide adjungit etiam cætera: *inerudita natura, & sine doctore, quæ conveniunt, facit.*

Ad meatus autem alia pertinent exempla, per quos fieri metastasis dicitur, ut sunt lacrymæ, narium humor, sternumenta, auris sordes, oris, salivæ rejectio, spiritus introitus, exitus, oscitatio, tussis, singultus. Alios adhuc occultiores meatus addit. *Stephanus Rod. Castrensis* in eruditissimo suo *Tractatu Quæ ex Quibus inscripto, lib. 2. cap. 3.* quamvis pauca, quæ de iis profert, non ita cum sanguinis circulationis principiis convenire videantur. Ejusmodi viæ occultiores sunt tales: Mesaraica vasa ad intestinorum cavitatem non dehiscunt, sed per latera sugendo puriorem chyli par-

tem trahunt. A dextro ad finiſtrum cor-
dis ventriculum cœcis ductibus ſangui-
permeat; urina quoque per ſolidorum
renum carnem excolatur. Sanguis à por-
ta ad cavam per hepar. Animalis ſpiritu-
per cerebri ſubſtantiam. Semen per teſti-
um molem. Menſtruus ſanguis ad uber
conſcendit, non vaſorum ductu, ſed pe-
interſtitia, transcolatione partium. Oſſ
aluntur, & membra maxima ex parte pe-
inſenſiles meatus nutrimentum alliciun-
Nullus tamen viarum ductus majore d-
gnus eſt admiratione, quam ille, quo p-
tentia generatrix, potius formatrix ſim-
litudinem quandam & veſtigium parent-
ad teſtes & vaſa ſeminaria deducit; d-
quo agendi locus impoſterum dabitu-
De metaſtaſi humorum per vias occult-
ſeu de epyemate poſt pleuritidem n-
tham, per foramen cutaneum, à ve-
mediana inciſa, ſalutariter ſoluto, -
xemplum egregium habet *Simon Sch-
tzius Ephemerid. Curioſ. Germanic. An-
6. & 7. obſ.* 147.

Nunquam verò metaſtaſis à membr-
ign-

nobili ad membrum nobile bona est. ve enim ptopter materiæ orgasmum, si- propter naturæ molestatæ impulsum etastasis fiat, nunquam ab ignobili loco membrum princeps, cum ægrotantis mmodo, contingit. Natura ideò embra principalia multis quasi satelli- bus circumpositis munivit, eademque nato robore ad incursuum hostilium pulsionem donavit. Quòd si princi- s illæ partes vincantur, & collum ju- submittant, universum corruit. anc doctrinam, cui nemo unquam se posuit, videtur quodammodo labefa- are *Hippocratis aphorismus* 26. *sect.* 6. *uibus in in febribus ardentibus tremo- s fiunt, delirio solvuntur*, quasi deli- um, quod quidem materiæ transmis- one ad membrum princeps, nempe rebrum, fit, à febre liberet. Hu- ore namque, qui in vasis fermente- ens, febris causa erat) ad nervos trans- isso, morbus febrilis cessat, & tremor ascitur; ab eodem verò humore, in au- is tenues resoluto, caput occupatur, & elirium oritur.

Ut hic sit ordo: ardentem febrem tremor solvit, & delirium tremorem atque febrem. Propagationem quandam unius mali in aliud esse putat *Galenus in comm. Quæ enim hanc febrem efficiunt causæ, in venoso genere existentes, quando ad nervos transferuntur, primùm* tremores *faciunt; compatiente verò principio, etiam deliria.* Non recipit igitur verbum istud *solvuntur.* Supervenientia enim ea alicui morbos solvere dicuntur, quæ ægrotantem prorsus liberant, non quæ alteram producunt passionem, nihilominus periculosam.

Hæc itaque *Galeni* divisio, passiones scilicet aut superveniunt non minus periculosæ, quàm sint priores, & tùm non propriè morbi dicuntur priores soluti; aut superveniunt quidem, & hominem omninò liberant, & hæc est propria prioris morbi solutio. Quæ divisio valdè peccat, membrum tertium omittens; aut nempè superveniunt quidem passiones, sed minus periculosæ, quæ ægrum nec omninò liberant, nec in deterius ducunt.

Ejus

Ejusmodi verò passiones morbos sol-
ere priores, juxta *Hippocratis* regulas
cuntur. Ita *sect. 6. aphor. 21.* dixit: *Va-
ces, aut hæmorrhoides si suboriantur, mu-
a solvitur.* Hîc morbus major, mania
ilicet, à minore solvitur, hoc est, ab hæ-
orrhoidibus. Et *aphor. 57. sect. 4.* sic dis-
ruit: *A convulsione, aut distentione ner-
rum vexato, febris superveniens solvit
orbum.* Hîc febris epiginomenon est
riculi minoris, quàm sit convulsio, &
men febris morbum solvit. Atque sic
erbum λύει, *solvit*, non usurpatur so-
m ab *Hippocrate* abusivè, quando mor-
us priore pejor remanet, nec propriè
ntum, quando nullus affectus remanet,
d tertiò quoque modo, quando rema-
et quidem affectus, sed priore mitior.

Tremores *Hier.* Cardanus *in comm.*
er universum corpus fieri censet, nervo-
um principio offenso, cerebro nimirum,
on tamen cerebri ventriculis adhuc ma-
quicquam patientibus. Quando verò
nalum ad cerebri ventriculos converti-
ur, in nervos influere desinit, ac proin-

 dè

dè tremores cessant, delirium autem pullulat. Opinionem hanc admodum improbamus. Quomodo enim fieri potest, cerebrum ideò esse affectum, ut totum genus nervosum in perniciem trahat & ad cerebri ventriculos nullum adhuc pertingere malum? Exponit *Joh. Heurnius in comm. solvuntur* per *resolvuntur*: quasi hic sit sensus *Hippocratis* ad tremores & deliria sequitur totius corporis resolutio. Quæ interpretatio autem longè petita videtur, & eventûs necessitatem secum non inportat; non enim necessariò tremens & delirans, resolutus obit.

Tremores in febribus ardentibus fiunt, inquit *Greg. Horstius comm. in text.* 134. *coac. prænot.* quando motus pariter voluntarius & involuntarius ægris his accidit, ob bilis acredinem & ebullitionem; & *delirio solvuntur*, quatenus fit metastasis peccantis materiæ, propter imbecillitatem partem magis principalem invadentis; qua de causa abusivè vocabulum λύειν hoc loco usurpatur, cum delirium tremo-

-emore ſit gravius. Nec *Joh. Jonſtonus* -bſimili plane modo *in comm. ad hunc* -*xt.* hæc verba ſic explicare voluit. *In* -*bribus ardentibus*, iis nimirum, quæ -cum habent in venis & arteriis ma- -ribus; *tremores*, id eſt, voluntarii pa- -ter & involuntarii artuum motus, qui -b bilis acredinem & ebullitionem, quæ- -ue exitum non habet, oriuntur: caco- -hymiâ malignâ à venis ad nervos trans- -tè; *delirio ſolvuntur* non quidem ægris -orbo defunctis, ſed gravioris mali, ob -etaſtaſin materiæ, propter imbecilli- -tem partem magis principalem inva- -entis, ſucceſſione. Impropriè hîc -ύειν pro ſucceſſione ſumitur, ut ἔκ- -σις μανίην, & febris convulſionem -ollit. Varia multorum alia ſenſa hîc -emorare nobis non eſt animus, char- -e & labori parcamus.

Tremorem propriè dictum, qui ex pu- -na inter debilem facultatem & membri -ondus fit, morbum dicimus chronicum, -cauſa frigida ortum ſuum trahentem.

 Motum

Motum verò, qui in acutis accidit febribus, ob purgentis materiæ acredinem factum, magis ad convulsivas motiones, quàm ad tremorem referimus. *Platonem* rejicere videmus *Galenum lib. de trem. rigor. & palpitat. cap.* 6. quòd tremorem cum rigore confundat. In hoc multi *Galeno* non assentiuntur, cùm rigor sine refrigeratione non fiat, & tremor quoque refrigerationem non expostulet. Attamen ipse *Galenus* aliundè quoq; differentiam inter rigorem & tremorem facit, quòd scilicet *tremor, nisi partem movere velis, non accidat; agitatio verò, quæ rigores comitatur, adeò violenta est & necessaria, ut quiescere non liceat, nisi strenuè admodum renitaris.* Quæ differentia nobis ostendit, motiones, quæ per febres eveniunt, non esse tremores, cùm in his vibrentur & excutiantur membra, etiam ægrotis renitentibus. Motus ergò sunt convulsivi; quod etiam magis ex crebro eventu patebit; post hujusmodi enim vibrationes sæpè æger convulsus moritur. Rei hujus veritatem etiam causa ostendit, ex

quā

ria vibrationes illæ fiunt; ea eſt humo-
s bilioſi, fermentativi & maligni mor-
icatio. Undè hanc eſſe convulſionem
am colligimus, quam *Avicenna* à mate-
e improportione deduxit.

Phrenitici propterea *tremuli Hippo-
ati* dicuntur; non qui ob facultatem
bilem tremunt, ut ſunt ſenes, aut quo-
odocunque debiles; ſic enim non ma-
s phrenitici, quàm quovis alio morbo
extremis laborantes, tremuli nomina-
ntur. Sunt igitur in *apprehendendo tre-
uli*, ob ſiccitatem eximiam, à nervo-
m principio, hoc eſt, à cerebro, inflam-
atione laborante, communicatam, ſic
oq; ex calcis ſideratione *febres tremulæ*
nt; non ob membri pondus & facul-
tis debilitatem, ſed ob nervorum prin-
pium affectum, à quo in conſenſum ner-
oſum muſculoſumque genus ducitur.
equuntur enim *febres*, inquit ibi *Hip-
ocrates*, *admodum acutæ*, *continentesq;
um tremore*, *ſingultu*, *mentis alienatione*,
uæ paucis diebus hominem præcipitant.

Ad eas ergò motiones tremor ſe ex-

tendit, quæ tremorem quidem ſequuntur, ſunt tamen neque à facultate debili; neque à membri pondere, ſed penitus à cauſa morbifica.

Sic venit porrò propoſitus *aphoriſmus* exponendus. *Febres, quæ cum tremore fiunt*, id eſt, *febres, quæ fiunt cum motibus convulſivis*, periculoſæ ſunt, ſi motus iſti poſt febres adveniant; nam *febribus convulſiones ſupervenire, malum eſt.* Si verò aliquando bonum eſſe poſſit, ſi metaſtaſis fiat à vaſis ſanguiferis ad muſculos, cùm ita febris ob iſtam metaſtaſin deſinat, nunquam certè metaſtaſis à vaſis ſanguiferis ad nervos adeò copioſa eſſe poteſt, quæ febrem ſolvat, imò potius epigeneſis quædam eſt, hoc eſt, mali propagatio, quàm ejusdem metaſtaſis, quippe tremore ſuccedente, febris non deſinit.

Quando itaque hujusmodi tremores, ſeu motus convulſivos delirium imitatur, vel erit metaſtaſis à nervis ad cerebrum, quæ tremores quidem ſolvet, non tamen febres, ſed eas deteriores reddet; vel erit epigeneſis, affecto nimirum jã gravius, quam antea, cerebro; antea

enim

nim ſolum nervorum principio comuni-
abatur malum, nunc verò etiam domici-
is potentiarum rectricum. In hoc *apho-
iſmo* delirium nec febres, nec tremores
olvit, ſed in deterius morbum vergere
emonſtrat. Nunquam enim aliquid bo-
i Medicus augurabitur, ubi vel nervi of-
enſi cerebro noxam ſuam communicant,
el cerebrum ipſum læſum læſionem ſu-
m auget. Atqui ſic duobus modis poteſt
onvulſiones delirium ſequi, nec non
nanifeſtum remanet, metaſtaſin à mem-
ro ignobili ad membrum princeps, vel à
nembri principis parte ignobiliore ad
obiliorem, nunquam poſſe eſſe bonam.

Febres ergo & ſubindè tremores de-
irio ſolvi dixit *Hippocrates*, quia ſcilicet
ebres ardentes, vehementes & acutæ
um materiæ transmutatione à vaſis ſan-
viferis ad nervos, ſi ſolvantur, nonniſi
er criſin ſolvuntur. Sic enim *Galenus lib.*
. *de criſib. cap.* 11. *in fino* dixit: *Eas, quæ
um magno, & citò ſe inclinante certami-
e fiunt, morborum ſolutiones, (quæ præci-
uè criſes nominantur) febrium earum,*

quæ ex calidis humoribus accenduntur, proprias esse existimandum est: post has, earum, quæcunq; membrorum sunt, principatum habentium, facile mobiles, & calidæ dispositiones. Ephemeræ verò, & hecticæ febres, & sine magna perturbatione, & minimè subitas faciunt mutationes.

Ex his igitur *Galeni* verbis percipimus, febres ardentes, quibus motus convulsivi superveniunt, esse istas, quarum crises sunt propriæ. Quoniam verò ægris, *quibus crisis futura est*, ex *Hippocratis* decreto, *sect.2.aphor.13. nox, quæ antecedit, est gravis*; tunc ideò multa horrenda symptomata contingunt, quæ *Galenus lib. 3. de crisib. cap.2.* & 10. recenset; ubi inter alia delirii quoque meminit; delirium verò si quæ alia crisis secum ferat, ea præcipuè est, quæ ad febres ardentes cum motibus convulsivis sequitur: quippè in his jam prius cerebrum pati cœpit.

In hac crisi autem delirium evenit, non ex metastasi prava, hoc est, ad membrum princeps, sed naturæ crisin molientis perturbatione. Admonere nimirum hîc volu-

oluit Medicos *Hippocrates*, ut in febri-us ardentibus cum tremoribus, si deliri-m superveniat, considerent, an id eo fiat mpore, quo crisis futura speratur, & anc solvendum esse morbum poterunt ædicere. Et sic *aphorismus* hic ad pro-nosin spectabit; multoties enim solet *Hippocrates*, post universalem propositio-em aliquam, peculiarem animadversio-em adjungere. Sic in superiori *aphori-so* dixit: *Erysipelas ab internis ad exter-a ferri bonum; ab externis ad interna, alum.* Casum peculiarem nunc adfert, quo fieri conversionem videmus ab ex-rnis, à musculoso nimirum genere, ad terna, hoc est, ad cerebri ventriculos, tamen non esse malam. Videtur ergo c *aphorismus* quasi exceptio quædam su-rioris esse.

Febrem deniq́ue delirium solvit, nec opterea metastasis ad membrum prin-ps est bona, cùm hoc delirium, quod mptoma criticum est, ad quod mox ce-bris aliqua evacuatio sequetur, non sit abile. Et ideò tantùm in signis judicia-

riis,

riis, & accidentibus, ad membrum princeps malum accedere, ſine noxa poteſt; hæc autem nec eſt metaſtaſis, nec epigeneſis, ſed quædam ex naturæ conatu perturbatio atq; violentia.

Metaſtaſis præterea, ſymptomatis ratione facta, non rarò bona eſt. Morbi etenim, qui & ſine magna perturbatione, & minimè ferè ſubitas faciunt mutationes, nonniſi abuſivè criſi ſolvuntur, ex *Galeno lib. 2. de criſib c. 11.* Criſin autem *Galenus lib. 3. de criſib. cap. 1.* per excellentiam, hoc eſt, ſine addito, dicit permutationem omninò ad ſalutem, confertim à natura vincente, quæ præcedentibus coctionis ſignis, in die decretorio contingit. Huic etiam oppoſitam criſin facit, quæ, cùm addito, prava nominatur, quando ſcilicet morbus, cum ſignis pravis, lapſu præcipite ad mortem terminatur. Inter has duæ videntur mediæ, proindè imperfectæ appellatæ; altera ad melius, altera ad deterius tendit. Præter evacuationes hujusmo-

smodi, vel à vincente, vel à victa na-ra factas, dantur etiam aliæ ab eadem ritata, quæ cùm symptomatis ratione nt, symptomaticæ dicuntur.

Quælibet autem evacuatio, sympto-atis ratione facta, in tempore peccat; enim tempore debito, hoc est, in die cretorio fieret, non amplius sympto-atica, sed critica vocaretur. Nihilo-nus, vel in solo tempore peccat, vel mul cum temporis vitio, fovet viti-n qualitatis, aut quantitatis, aut utri-que. Si *qualitate & quantitate simul* tiosa sit, omninò damnatur. Si *quan-ate solum*, vel *quantitas* excedit; & m inhibenda est; vel deficit; & tùm sit supplenda, adhuc sub judice lis est. item hanc movet *Galenus*, qui *lib.* 1. *art. curator. ad Glauc. cap.* 14. alvi xum non aliâ insuper evacuatione sup-eri vetat, *quamvis pro multitudinis tione non sit.* Si *qualitate* peccet, ex creto *Hippocratis sect.* 1. *aphor.* 2. da-natur, nec hæc proficua esse potest,

etsi

etsi virtutis adsit tolerantia; *si enim non purgantur talia, qualia in qualitate peccantia purgari oportet, ea nec conferunt, nec leviter tolerantur.* Quando verò non conferunt, non sunt proficua; si non tolerantur, cum virtutis tolerantia non fiunt. Ejusmodi verò evacuationes aliquando non conferunt, nec cum materia, quæ morbum non facit, aliam, morbum facientem educunt; evacuatio namque non est qualitate absolute peccans, sed aliqua ex parte. Non est ergo ista prorsus damnanda. Cùm vero *solius temporis peccatum* adest, non vero omnino qualitatis, neq; valdè magnum quantitatis, tunc aliquando juvare illa valet.

Evacuationes anticipatas, cum symptomaticæ tales sint, & ut causa, & ut signum, pravæ habeantur, rejicit *Galen. comm. in aph. 2. sect. 4. Hipp.* inquiens: *Cum itaq; natura superfluum evacuat, juvatur animal: cum verò alioqui excernitur, casûs ratione: neq; indè utilitas ulla provenit, & talis evacuatio pravæ dispositionis est signum.* Multo autem efficacius

hoc

c repetit *eodem libro. 4. aphor. 22.* hi-
: verbis: *Quando incipit morbus, si*
id excernitur, nihil tunc excernitur
turæ ratione, sed sunt omnia casus ea
m, quæ præter naturam sunt in
rpore dispositionum. Quo enim tempo-
, causis quidem morbum facientibus na-
ra gravatur, adest autem cruditas hu-
orum, tunc aliquid benè evacuari est
possibile. Dicit hîc *Galenus impossibi-*
, ut raros etiam eventus excludat, ne
i locus sit confugiendi ad id, quod
ommuniter dicitur, medicæ nimirum
tis placita non esse perpetuæ necessita-
s & veritatis, sed ut vera dicantur,
fficere, si accidant *secundum plurimum.*

Non parum videtur hic *Galenus* erra-
; multos enim ægrotantes *Hippocrates,*
vacuatione factâ citra coctionem, & ex-
a diem criticum, salvatos fuisse nar-
t. Sic *Metoni lib.* 1. *epidem. sect.* 3. *æ-*
rot. 7. die quinto è dextra nare sanguis
fatim profluxit merus. *Galenus* ipse,
ùm in istius *historiæ commentario*, tùm
b. 2. *de difficult. respir. cap.* 10. eventum
unc, utpote præter opinionem, & qui
con-

contingere non soleat, miratur. Cæterùm sit licèt admiratione dignus, jam constat, accidere posse; aliud enim est rem esse ex iis, quæ raro eveniunt, aliud impossibilem esse. Virgo insuper *Larissæ*, cujus meminit *Hippocrates lib. 3. epidem. sect. 3. ægrot.* 12. Sangvinis è naribus copioso fluxu, & menstruis provenientibus, sanitatem fuit asseqvuta. Et multi alii fuerunt, qui nullis præeuntibus coctionis signis, evacuationes utiles habuerunt. Et ipse *Galenus sect. 3. in prorrh. comm.* 18. fatetur *expurgantes corpus evacuationes, principium quidem à syncer... interdum habere, sed desinere in benignas mitesq; dejectiones.* Syncerae pravæ sunt, & nunquam nisi symptomaticè ejiciuntur: quod si in crisi exeant, in prava cri... exeunt; & tamen syncerae istæ excretiones possunt esse utiles, quasi naturam quodammodo ad humorum aliorum expulsionem stimulantes. Existimant quidam ab *Hippocrate* ibi dictum, *ex syncer... purgationibus desistentibus parotides exurgere*, cùm per talismodi evacuationes, licet pravas, natura aliquantulum sublev...

, humorum aliorum evacuationem
r parotides moliri potuerit. Sunt au-
m ſynceræ dejectiones pravæ, non ratio-
causæ; morbifica enim ſunt cauſa, &
iliter evacuantur; ſed ratione ſigni;
agna ſiquidem adeſt aduſtio, quæ bilem
ıceram reddit; Syncerum autem de bi-
oſo humore ab *Hippocrate* dici ſolet.

Cùm autem ex *Galeno lib.*1. *de criſibus*
p. 2. expulſioni non facile cedat mate-
a cruda, arbitrabitur aliquis, magnam
olentiam naturam pati, ſi aliquid mate-
æ crudæ in principio educatur. Verùm
ngè minor ægrotanti vis infertur, ſi e-
cuationem moliatur natura, quàm ſi
edicamentum, cùm tamen *Hippocrates*
ſt. 2. *aphor.* 29 *quando morbi inchoant,*
humores movendi videantur, eos movere
oneat: & *Galenus in comm. melius eſſe*
ıtet, *in principiis evacuare, quò mino-*
m jam factam materiam facilius natura
ſſit concoquere.

Si ergo ad futuram coctionem e-
cuatio in principio confert; iſthæc e-
cuatio ſanè ante coctionem fit:
autem fieri poſſit cum commodo
ab

ab arte, à qua majorem agitatione corpus patitur, multò melius à natu fiet, à cujus operibus minor accidit ag tatio.

Materiæ verò crudæ evacuatione ad futuram coctionem esse utilem, hum demonstrat ille, qui concoqui nequ quo evacuato, alii humores, qui conc qui possunt, facilè concoquuntur. S hydropicorum aqua licet coctionem n admittat, in *coacis* tamen ab *Hippocr* laudatur *aqua hydropicorum in princip sine cruditate.* Dicit autem *sine cru tate* hanc aquam *Hippocrates*, cùm ad quæ eductionem sequatur, ut fœces, q prius liquidæ erant, compactæ sint, & rina, quæ aquea erat, colorem substan amque meliorem acquirat.

Isthanc aquæ eductionem in prin pio quoque laudat *Hippocrates*, q tunc temporis natura adhuc minus de lis est, & ab evacuata aqua sublevari let, quod non valeret, fractis jam m bi diuturnitate viribus. Evacuatio na que, sive à natura, sive ab arte institut

nı

elius primis morbi diebus toleratur, uando natura adhuc sui compos est, nàm postquam vires omninò ægritudi-s longinquitas labefactavit.

CAPUT XIII.

*Differentiam inter Recidivam & Diadochen *percurrit.*

RЕcidivam propriè vocamus, cum convalescens in ægritudinem pristi-am retrocedit; in qua pars affecta sem-er eadem est; causa intrinseca manet e-lem, nec humorum vitiosorum ex rte adfecta in alias partes migrationes transitus accidunt. Diadoche contrà umorum susceptio, exceptio, succes-o, & ex unà parte in aliam partem igratio ac transitus est, eorumque ετασάσ{ accommodatur. Existimant men multi inter διαδοχὴν & μετάςασιν on parvam esse differentiam; quod ni-irum diadoche secundum rationem fi-at;

at; metastasis autem præter rationem
Verùm, ut ex *Hippocratis* & *Galeni* scri-
ptis assequi conjecturâ possumus, in ali
hæc consistit differentia; metastasis vide-
licet evenit, naturâ validè impellente; di-
doche verò fit, cum debili impulsu tran-
mutatio accidit. Ad τῶν ἀποςάσεω
criticarum genus, & ad morborum in al
os morbos transitus refertur etiam dia
doche. Sic celebris valdè hæc sententi
Hippocratis lib.6. epidem. sect.2. text.2. c
est. *Exceptiones, sive successiones, sive ad*
rivationes hypochondriorum, ex quibu
& quales fiant, exspectandæ sunt, atq; etiam
aliæ, & in viscerum inflammationib
quantum valeant, sive ex jecore in lienem,
ve contrà ferantur, & quæcunq; sunt hu
jusmodi. Et *Galenus in comm.* pariter dia
dochen præcordiorum successiones dicit
Diadochen insuper *Aretæus lib. de cura*
morb. acut. cap. 2. morbi in alterum tran
situm & successionem vocat. *Quod i*
non ex alterius morbi successione, verùm e
se veternus initium ducat. Item: *Si qui*
dem alteri morbo, nempè phrenitidi, vete
nus succedat. Si

Sub ſe verò diadochæ propriè com-
ectuntur derivationes, exceptiones, &
ccessiones. Quando igitur promptitu-
ne fluxionis diadochæ fiunt, derivatio-
s dicuntur; quando imbecillitate re-
ientis membri, exceptiones; quando
tem ſucceſſivè unum ab altero, ob ſym-
thiam, ratione vicinitatis, affinitatis,
t officii patitur, ſucceſſiones. Has tres
eptiones ſeorſim parum illuſtrare no-
animus eſt.

Derivationes primùm fiunt, ſive per ma-
eſtos ductus, ſive per obſcuros meatus;
humores derivantur, quò promptitu-
nem habent. In hac claſſe catarrhi vete-
m ex opinione collocari queunt. Cere-
um enim, quod in *Hippocratis libello de*
nib. metropolis ac ſedes frigidi & glu-
oſi dicitur, cùm in ſuperiori ſit arce, fa-
s ex eo in partes ſubjectas ſit lapſus; un-
triplex etiam accidit deſtillatio; ſi enim
nares fluat, *Græcis* vocatur κόρυζα, co-
a, *Latinis* gravedo; ſi ad fauces, *Græ-*
βράγχος, branchus, *Latinis* raucedo;
erò ad thoracē pulmonesq́; κατάρρους,

aut κατάῤῥος, catharrus, & apud *La-tinos* nomen idem servat; quamvis inter-dum etiam pro omni fluxione accipiatur.

Derivationes tandem fiunt, quoties-cunque viarum commoditas non impe-dit; sic & gonorrhœæ & omnes mulie-bres fluores per diadochen, quæ deriva-tio quædam est, fiunt; & cum lapis sen-sim à renibus in vesicam cadit, hoc per de-rivationem accidit. In his enim omnibu[s] nec vehemēs cernitur impulsus, nec parti[s] suscipientis vel attractio, vel imbecillita[s].

Imbecillitas verò suscipientis loci si ac[ce]-sit, diadochæ per exceptionem contin-gunt, cum nimirum ex materia fluent[e] effectus, seu potius affectus, ad exceptio-nem referatur. Hoc in genere arthriti[ci] constituuntur inprimis; fiunt enim ill[i] humore in articulis recepto; nam, ut *Ga-lenus comm. in aphor. 3. sect. 4. Hipp.* ai[t], *latiora ipsorum spatia ad superfluitates su-scipiendas promptè se habent.* Vel arthri-tici quoq; fiunt, quando, dum articuli [si]-mul cum musculis moventur, motu co[n]-calescunt: vel denique, si loca ignobili[a]

cù[m]

[...]im sint & languida, utpote à caloris [...]nte valdè remota, facilè fluxionem ad[...]ittant. Quæ omnia hisce verbis com[...]exus est *Avicenna fen. 22. lib. 3. tr. 2.* [...]p. 5. *Et non quidem multiplicantur do[...]es in juncturis, nisi quoniam ipsæ sunt [...]agis vacuæ, quam reliqua membra, [...] plurimi motus, & debilioris ac frigidio[...] complexionis, & situs earum in extremi[...]tibus est longinquus à primo rectore.*

[...] Tumores etiam omnes in eadem serie [...]ssunt statui, qui fiunt in adenibus seu [...]ndulis; quarum natura, testante *Hip[...]crate libell. de glandul.* spongiosa est. [...]*nt* enim *raræ & pingues, & neq; car[...]s sunt reliquo corpori similes, neq; aliud [...]id simile corpori, sed friabiles sunt, & [...]nas multas habent. Si verò disseces, [...]guis largus erumpit, specie albus, & [...]lut pituita. Tangenti autem velut la[...] apparent. Et si multa vi digitis ipsas [...]mpresseris, glandula oleosum humorem [...]mittit, qui & ipse conteritur ut pluri[...]um ac disperit.* Reperiuntur autem [...]e, quas ad recipiendum paratas propriè

ſolent emunctoria Medici appellare, præcipuè tres, tribus memoris præcipuis expurgandis dicatæ: retrò aures, cerebro; ſub alis, cordi; in ungvinibus, hepati.

Eſt verò glandula, ſive ἀδὴν, caro ſpongioſa, pituitoſa, rotunda, in oblongum producta; quare partim figuræ, partim ſubſtantiæ ratione, materiam aliundè facilè ſuſcipit.

Morbi tandem morbis, propter unius membri cum alio ſympathiam ſuccedunt. Hæc ſtatuitur triplex apud *Galenus comm. in lib. 3. epid ſect. 1. ægrot. 1. Prima* dicitur propter viciniam; vicinæ namque partes facilè vicinarum vitia contrahunt, & mala vicini pecoris contagia lædunt. *Altera*, propter generis conformitatem, ut quando nervoſum genus cum nervoſo, arterioſum cum arterioſo, venoſum cum venoſo conſentit. *Tertia*, propter operis familiaritatem, ſicuti mammæ cum utero conſentiunt.

Tres alias his poſſumus addere; quarum *prima* eſt meatuum rectitudo. In

hemi-

hemicrania propterea, ſi conſenſus ſit cum hepate, pars dextra dolet; ſi cum liene, ſiniſtra; ſi cum ventriculo, ſynciput; ſi cum renibus, occiput; ſi cum utero, vertex. *Secunda*, vaſorum communitas; hinc ventriculus capiti hepatique conſentit, capiti videlicet, ob ſextæ conjugationis nervum; undè viciſſim ex capitis dolore ventriculus ſubvertitur, ex ventriculi ſubverſione caput quoque dolet. *Tertia*, partium continuitas, continuatur enim tunica, quæ ventriculum interius veſtit, & eadem eſt cum exterius veſtiente linguam, fauces, palatum, & cum ea, quæ interius inteſtina veſtit. Rectè igitur ab *Hippocrate aphor.* 32. *ſect.* 6. *balbi* dicuntur *alvi profluvio præprimis capi*. Debilitas enim tunicæ in lingua efficit, ut litera R. difficulter pronuncietur; eadem verò debilitas, tunicam eandem occupans, in ventriculo & inteſtinis cauſa eſt, ut fœces non diu retineantur, & facilè ſubindè elabantur.

Non præter rationem erit jam dictis sympathiæ speciebus aliam adjungere, cujus causa hactenus multis ignota fuit. Ob hanc in diaphragmatis inflammatione delirium continuum obvenit. Non propter nervosam quidem naturam, quam possidet; in aliarum enim nervosarum partium inflammationibus non idem obtingit. Non ob motum; pulmo namque in perpetuo motu existens, cum inflammatione, in peripneumonia, non secum necessariò delirium adfert. Non ob vicinitatem; vicinum enim magis diaphragmati cor est, quàm cerebrum, nec tamen ex diaphragmatis inflammatione sequitur palpitatio cordis, aut animi deliquium. Manebit ergò, ut sit causa quæpiam multis occulta, nobis autem satis nota.

Non verò solùm per sympathiam, sed per deuteropathiam sive hysteropathiam, id est, per affectum secundarium, vel posteriorem morbis morbi succedunt. Ita post variolas phymata dantur; post quartanas lienis tumores; post tertianas hydropis species variæ, & pleriq; alii mor-

bi

bi, qui etiam inde ſubſequentes appellantur. Qui omnes, ſi hominem à priori malo valdè languidum invadant, hac maximè de cauſa *Hippocrati lib. de adfect* perniciosi dicuntur.

CAPUT XIV.

Differentiam inter Recidivam & Transfuſionem, ſive Μεταχώρησιν *exhibet.*

IN recidivis ex humorum reliquiis, poſt criſin, ſive judicationem imperfectam, in corpore humano adhuc hærentibus idem recurrit morbus. Μεταχώρησις verò humorum, halituum, ſpirituumque transfuſionem, quæ per vias fit occultas, potiſſimum indicat. Eam, quæ inter arterias & venas fit, memorat *Galenus libell. de plenitud. cap.* 11. quam tamen craſſis & glutinoſis humoribus, intra venas collectis, non facilem eſſe cenſet; quamvis etiam ex iſtis partem ali-

quam calore attenuatam transfluere, negare nemo possit. Connexionis insuper nervorum cum venis arteriisque magnam vim esse docet *Galenus lib. 2. de caus. puls. cap. 12.* Pulsuum enim, quos convulsorios dicit, causam reddens, sic ait: *Singulis arteriis fibræ, à nervis deductæ, in societatem veniunt, per quas se sinunt mutuò in consensum venire, non modò actionum, sed affectuum etiam.*

In *aliis* quoque *locis* eandem admittens connexionem, rerum omnium in corpore humano conspirationem, ab *Hippocrate libello de alimento* celebratã, non ad unius animæ ministerium, sed ad illam refert. Et licet *Galenus* animæ unitatem, quòd scilicet tota sit in toto, & tota in qualibet parte, non agnoverit, temperamentum tamen totius agnovit, quod animam esse voluit; temperamentum enim, calidum innatum, & natura apud eum, imò & apud ipsum *Hippocratem*, unà eademque res sunt. Sic enim *Galenus comm. in aphor. 32. sect. 2. Hippocrat.* &

pas-

passim ex multis naturæ significatis ſumit illud, quod *Hipp. variis in locis* uſurpavit, & in *toto lib. de natura hominis*, in quo eam, quæ ex primis conſtat elementis, temperaturam, appellat naturam, quam etiam calorem naturalem frequenter, potiſſimum verò *lib. de maraſmo cap. 3. de trem. rigor. & palpitat. cap. 6. lib. 4. aphor. 37.* & *lib. 5. aphor. 22.* indigitavit. Cum igitur vices animæ gerat temperamentum, ſive calidum innatū, ſive natura, ut pro anima ab iis, qui animæ ſubſtantiam ignorant, habeatur, cumq; per univerſum corpus indiviſum diſpergatur, ei potius, quàm membrorum connexioni, omnium rerum conſpiratio tribuenda videtur. Secundū enim temperamentum ita Hippocrates *lib. de locis in hom.* loquitur: *Corpus porrò ipſum ſibi ipſi idem ac ſimile eſt, & ex iisdem compoſitum eſt.*

Ejuſmodi verò membrorum colligantiam porrò *Galenus* conſtanter agnovit, nec *lib. 1. de placit. Hippocrat. & Platon. cap. 6. & 7.* aliter ſenſit, dum *Ariſtote-*

ſtotelem & Praxagoram, qui vaſorum mixtionem introduxerunt, refellit. Exiſtimaverunt nimirum *Ariſtoteles & Praxagoras* nervos arteriis eſſe continuos, hoc eſt, nervos eſſe arterias factas exiles, ſi ad eam anguſtiam pervenerint, ut, tunicis inter ſe coeuntibus, cavitatem amittant, & proindè in nervos evadant; quod *Galenus* quidem reprehendit, aſt non vidit, quid hoc commune habeat cum textura, ex omnibus vaſis facta, quam libens admiſit. Sic majori melioriquè modo & jure *Andr. Laurentius Oper. Anatomic. lib.4. quæſt.8. Reuſnerum* carpit, qui *exerc.1.* dixit, nervum nihil aliud eſſe, quàm aortæ extremitatem, quæ quatenus in caput aſcendit, nervi naturam in cerebro induit; undè nervi quoque cerebri propagines nominantur; quatenus verò ad crura & corporis articulos diſpergitur, aliis ſuis propaginibus oſſium pelliculas, tendines & ligamenta conſtituit; quæ omnia nervoſam præ ſe ſubſtantiam ferunt.

Adfectuum autem communicationes ab

ab arteriis in venas, à venis in nervos, & viciſſim à nervis in venas & arterias haud facilè fieri queunt, niſi vera ſit *Ariſtotelis* & *Praxagoræ* ſententia. Ut autem hæc contingant, non opus eſt, ut nervus cum venis & arteriis ſit una & eadem res prorſus continua, ſed ſaltem contiguam eſſe ſufficit. Ejusmodi adfectuum tranſpoſitiones à venis ad arterias, ab arteriis ad venas, ab arteriis & venis ad nervos, & à nervis ad arterias & venas apud *Galenum lib. de plenitud. cap.* 11. & *comm.* in *aphor.* 26. *sect.* 6. *Hipp.* ac *paſſim* legimus.

CAPUT XV.

Differentiam inter Recidivam & Apoſtaſin proponit.

IN recidivis ſpecie & numero idem morbus revertitur; in apoſtaſi verò propriè humorum tranſmutatio & decubitus ſaltem fit. Quomodo verò hæc differant, unusquisque videre poteſt. De

recidivis altum nobis nunc sit silentium. De apostasi verò amplum discurrendi campum nobis in *hoc capite* esse patefactum, quilibet ex sequentibus percipiet.

Apud *Hippocratem* invenimus apostasin seu abscessum multipliciter acceptum. Interdum enim apostasin sive abscessum, dicit propriè tumorem omnem, qui naturæ robore digeri non potest, sed tandem in suppurationem vertitur. Sic *aphor.* 31. *sect.* 4. *ad articulos & malas abscessus fiunt: vel in maxillis, vel in articulis aliquid abscedit*, ut dicit *Cornelius Celsus lib.* 2. *cap.* 7. Item *aphor.* 32. *ejusdem sect. Quibus convalescentibus è morbis pars aliqua laborat, vel lassitudinem sentit, illic abscessus fiunt.* Item *aphor.* 74. *ejusd. sect. Eos, quibus spes est abscessum ad articulos fore, urina multa, crassa & alba ab abscessu vindicat.* Item *lib. de judicat. Quibus judicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppurantur, his solutis, morbi reversio pro recidivarum ratione simili circuitu contingit. In his ad articulos aliquid abscedere posse,*

posse, sperandum est. Et *lib. 6. epidem. sect. 3. text. 7. Quod in pus vertitur, id morbi reversionem non facit; ipsa namq; maturatio simul & judicationis & excretionis rationem habet.* Interdum *Hippocrates* abscessum appellat febris unius in aliam transmutationem. Ita *lib. 1. epidem. sect. 2. text. 71. ex febribus & aliis morbis abscessus in quartana fiebant.* Vocabulum hoc sæpius ad omnes evacuationes extenditur, ut præprimis apud *Galenum lib. 6. epidem. sect. 3. comm. 39.* sic videre licet. *Sæpius etiam Hippocrates non solum ea, quæ in aliquam corporis partem deponuntur, sed etiam ea, quæ expelluntur, abscessus nominat.* Undè *lib. 1. epidem. sect. 2. text. 8.* ipse dicit, *non decumbendo tantum, sed effluendo quoq; fieri abscessum.* In constitutione quadam similiter *Hippocr. lib. 1. epid. sect. 2. text 35. & 36.* hæc exprimit verba: *His succedebant abscessus, aut majores, quàm ut ferri possent, aut minores, quàm ut prodessent quicquã, sed redierunt & deteriores evaserunt. Quæ autem hos infestabant, hæc erant:*

dysenteriæ, tenesmus, lienteria & fluxiones alvi. Ubi rectè *in cõm.* notat *Galenus, stranguriam abscessum quoq; esse, quamvis per effluxionem non verò per decubitum.* Quando ergò evacuationes abscessus nomine exprimimus, non simpliciter ἀπόςασιν, id est *abscessum*, sed, cũ additamento, ἀπόςασιν κατ᾽ ἔκρουν, hoc est, *apostasin seu abscessum per effluxum* intelligimus.

Varias etiam alias significationes apostasis obtinet. Interdum enim ἀπόσκηψις dicitur; Interdum quoque σκῆψις καὶ ἀπόσκημμα. Verùm ἀπόσκηψις nomen abiguum apud *Hippocratem* est; aliquando enim materiæ transmutationem à parte in partem significat; aliquando scarificationem, uti scribit *Galenus in exeges. vocum Hippocrat.* Alii ἀπόσκηψιν, σκῆψιν καὶ ἀπόσκημμα differre ab apostasi dicunt. Apostasis namque de humorum transmutatione & decubitu judicatorio dicitur. Abscessus verò non judicatorius est ἀπόσκημμα, ubi

ubi ſcilicet materia in partem aliquam decumbit, nec tamen morbus ſolvitur; ſed indè nova ſuperveniunt accidentia. Sæpè tamen ἀπόσκηψις cum apoſtemate, & hæc duo cum apoſtaſi confunduntur. Sic quoque ἀπόσκηψις apud *Hippocratem ſect. 6. aphor. 56.* μετάστασιν καὶ μεταβολὴν denotat, ut ſi morbus melancholicus in cœcitatem degenerat. Vid. *Anutii Fœſii Oeconom. Hippocr. pag. 82. 83. 84. & ſeq. Jacobi Hollerii comm. in aphor. 56. ſect. 6. Hippocr. Barthol. Caſtelli Lexic. Medic. Græco-Latin. pag. 3 &* 4. Simpliciter verò & propriiſſimè abſceſſus nominatur ἀπόστασις κατ' ἀπόθεσιν, *apoſtaſis vel abſceſſus per decubitum.* Quoties ergò ſimpliciter, & ſine addito, abſceſſum legimus, de eo, qui *per decubitum in aliquam partem* fit, intelligamus. Dicimus *in aliquam partem*, accipientes partis nomine non emunctoria ſolùm, articulos, & quemvis peculiarem corporis locum, ſed univerſam etiam cutim; hæc enim plurimis ſcatere poteſt abſceſſibus, qui ad unum reducuntur, ſicuti

ficuti ſunt variolæ, morbilli, ſcabies, & omnia exanthemata; vel per modum unius occupatur, ut in ictero: ſiquidem etiam *Gal. lib. 3. epidem. sect. 1. in hiſtor. Hermocratis, ægr. 2. in fin.* auriginem abſceſſum icteriosum dixit.

Inter apoſtaſin verò & metaſtaſin videtur etiam quædam eſſe differentia; an ea ſit, paucis videbimus. Ex vi vocabuli μετάστασις tranſitum & migrationem ſignificat; ἀπόστασις verò intervallum ſeu digreſſionem. Legislatorum tamen more *Galenus* aliter has voces accepit. Sic enim *lib. 4. acut. comm.* 68. ait: *Differunt inter ſe, quia* ἀπόστασις, id eſt, *abſceſſus, judicationem infert, ægrumq́; à moleſtiis omnibus liberat;* μετάστασις, h.e. *commutatio, aliarum habet principium accessionum offenſionumq; ut & aliud exigat tempus ad coctionem mali, corporis locus, ad quem inteſtantium humorum facta fuit commutatio.*

Abſceſſum hic *Galenus* ad perfectam criſin; metaſtaſin verò ad ſymptomaticam

am refert evacuationem. Verùm e-im verò, si magni *Hippocratis* oracu-um consulimus, nihil tale apud eum ivenimus, imò prorsus oppositum: quippe quando in *loco quodam* ait: *Cru-a, & incocta, & in malos abscessus con-versa*, tunc abscessus pro symptomati-a, non verò critica transmutatione su-it. In *Coacis* pariter cùm dicit: *Dy-nteria intempestivè suppressa abscessum icit*, ibi non criticum, sed symptoma-cum abscessum intelligit cum *intempe-ivè* potissimum dysenteria supprima-ır. Intelligi vero hîc potest humoris itra corpus manentis metastasis, quæ *iarum habet principium accessionum, fensionumq;*. Abscessus verò per ef-uxum intelligitur, qui judicationem fert, ægrumque à molestiis omnibus berat.

Quænam abscessuum materia sit, res lhuc incerta, & admodum litigiosa vi-tur. Rem acu tangere voluit *Hippo-ates lib.6. epidem. sect.2. text. 11.* sic in-quiens:

quiens: *Et quidem si quid ex his, quæ eff-fluunt, intus relinquitur, ad abscessum morbus est accommodatus. Urinam mul-tam, crassam & albam, si exeat, liberarr abscessu.* *Idem* dixit *sect. 4. aphor.* 74. evacuatâ scilicet per vias urinarias materiâ quæ in abscessum erat abitura. Materia verò pituitosa per urinas crassas & albas educitur. Hæc igitur erit, quæ ut plurimum abscessus facit. Si propterea *Galenus lib. de trem. rigor. & palpitat. cap.* 7. & *lib.* 2. *ad Glauc. cap.* 7. erysipelata & inflammationes in abceffus mutari profitetur, sciendum est, ex materia calida abscessus non fieri, sed, partibus tenuioribus evaporatis, materia in degenerare in alterã naturam; quod *lib.* 7. *de sim. pharm. dicam. facult. cap. de coriandr.* his expressit verbis: *Neq; enim erysipelas etiam vocari debet, posteaquam inflammatio ejus & fervor, ac biliosum illud abierint.* Acquiescere nondum aliquis hic potest, cum apud *Hippocratem in coacis prænot.* hæc leguntur verba: *Ex suppressa intempesti dysenteria abscessus fit; si biliosa, in arti-*

culi

ulis; ſi ſangvinea, in lateribus & viſce-
ibus Hinc inflammatio ex ſanguine, *n lateribus & viſceribus*; eryſipelata x bile, *in articulis* abſceſſus dicuntur; unt enim inflammationes in viſceribus k lateribus, ad partes illas ſanguine re-urrente, ſicut ad ſuum abyſſum flumi-ia. Eryſipelata verò in articulis eve-iunt, quia bilis tenuitate ſuâ longiſſi-nè perreptat.

Dubium hoc ſolventes, in mentem obis revocamus dyſenterias, ſive à anguine trahant originem, paulò poſt, entriculo inteſtinis conſentiente, pituitã dmixtã habere, quod mucoſitates indi-ant, quas dyſenterici ſolent excernere. Quando ergò fluxus intempeſtivè ſuppri-nitur, & ſanguineus fuit, pituitam ſe-um defert, & ubicunque firmatur, ab-ceſſum, humoris pituitoſi participem acit. Bilioſus humor pituitæ vehicu-um eſſe poteſt; hînc eam ad articulos efert, ibique ex materia mixta produ-it abſceſſum. Pituita verò *utplurimum* nateriam ſaltem abſceſſibus præſtat.

Quod

Quod autem *ut plurimum* fit, illud perpetuæ veritatis non eſt. Sic *Galenus lib. 4. acut. comm.* 17. *per abſceſſus magis, quàm per excretiones ſolvi febres, ex pituita putreſcente ortas*, ſcribit. Si *magis* ergò ſolvantur febres jam dictæ, ſolvuntur certè *majore ex parte*; quod aliquando aliter fieri poſſe non impedit. Quando ſimiliter *Galenus lib. 1. epidem. ſect. 2. comm. 35.* dicit: *Ubi multa ſit incoctorum humorum copia, abſceſſus fieri*; *magis* intelligamus, quàm ſi ſit copia bilioſorum. Quôd enim frequenter accidit, oppoſitum non excludit, ſed raritatem ejus innuit. Ab incoctis itaq; fieri abſceſſus ait *Galenus*, id inſinuans, quod frequenter accidit, contemnens quod rarò.

Signa quoq; certa criſis futuræ per abſceſſum nobis ſubminiſtrantur. Hæc autem erunt vel *communiſſima*, vel *communia*, vel *propria*. *Communiſſima* dicuntur, quæ criſin futuram oſtendunt. *Communia Galenus lib. 3. de criſib. cap. ult.* appellat, quæ criſin per abſceſſum fieri denotant. *Propria* verò locum, in quo futurus ſit abſceſſus, ſignificant.

Ordin-

Ordine hoc procedit etiam *Hippocra-*
s lib. 6. epidem. sect. 2. text. 11. futuræ
risis signa prius commemorans. Inter
ec autem venæ temporum non consi-
entes primum tenent locum. Hinc
iam *Galenus lib. 1. de art. curator. ad*
lauc. cap. 15. venas temporum pulsantes
ter judicationis signa refert; quod pa-
ter *Paulus Ægineta lib. 4. cap. 9.* facit.
einde *viriditas splendens* non abest. E-
lem hæc judicationis signa statuit etiam
b. 4. epidem. inquiens: *Venæ temporum,*
contractiones, & colorum mutationes
nte judicationes, ex rubro ad viridem,
pallidum. Et tandem *spiritus intus re-*
nquitur, seu spirationis difficultas acci-
it; quam & *Galenus lib. 1. ad Glauc. cap.*
. & *lib. 3. de crisib cap.* 11. inter crisis fu-
ræ signa connumerat. Et hæc tria jam
ommemorata, ideo crisis futuræ signa
icuntur, quod perturbationem, & sub-
ide naturæ pugnam cum morbo decla-
ent. Perturbationes enim, quæ in ac-
essionum particularium initiis fieri so-
ent, eadē judicationis initio, quæ accessi-
ni particulari correspondeat, eveniunt.

Signis

Signis verò, crisin futuram significantibus, jam allatis, unum adhuc signum addit *Hippocrates*, abscessum decretorium ostendens. Illud est *tussis sicca, non ferina*, quam etiam *lib. 6. epidem. sect. 7.* adducit. Signi autem hujus rationem dare non possumus, nisi illud in hypothesi accipiamus, dicentes, tussim istam fieri ex materia crassa & lenta, quæ expurgari difficulter possit; aut ex aquosa, quæ tussis impetum etiam effugiens, non projiciatur; quod enim projici debet, resistat oportet. Si ergò nihil excreatu, aut copiosâ mictione effundatur, necessariò abscessus exoritur; & hoc vel maximè contingit, si tussis non sicca solùm, sed ferina quoque fuerit; si namq; maligna sit, judicatio aliter, quàm per abscessum fiet; in salubri siquidem morbo abscessus speratur Crises omnes in febribus & aliis morbis acutis modis duobus contingunt, vel κατ' ἔκκρισιν, seu per *excretionem*, vel κατ' ἀπόστασιν, seu per *materiæ translationem*. Per *excretionem* fiunt crises, si humores vitio-

si per

per vomitum, alvi dejectionem, ſudo-
m, urinam copioſius profuſam, nari-
m hæmorrhagiam, menſium & hæmor-
oidum fluxum expellantur. Per *ma-
riæ translationem* verò criſis fit, quan-
 materia, non è corpore expellitur,
d in alium transfertur locum, & qui-
m vel in partes internas, vel externas
pellitur; qui criſis modus melior vide-
r, cùm materia ferè prorſus è corpore
iciatur. Tantò enim criſis per trans-
tionem melior eſt, quantò ad locum
nobiliorem & diſtantiorẽ transfertur:
ntò verò pejor, quo locus eſt nobilior,
 prioris morbi loco vicinior. Debet pa-
ter abſceſſus è regione partis adfectæ eſ-
, & alia boni abſceſſus ſigna habere. Ab-
eſſus etiam non ſubitò evaneſcere, ſed
anere debet, dum vel in pus mutetur,
el paulatim diſcutiatur.

Variæ autem ſunt conditiones, quas
cipere Medicus debet, ut criſin per ab-
eſſum futuram præcognoſcat.

Conditio *prima* erit, ut morbus, in
uo criſis exſpectatur, ſit ſaluber; *in
morbo*

morbo enim *pernicioso*, *nemo*, teste *Galeno lib.* 1. *ad Glauc. cap.* 15. *bonam crisin exspectabit.* Morbi siquidem omnes vel coctu facilem obtinent materiam, & subinde salubres habentur; vel difficilem, & isti salubres quidem sunt, sed diuturni vel perniciosi. Qui coctu facili gaudent materiâ, vel κατ' ἔκροιν, id est per *effluxum* judicantur, vel nonnunquam etiam solvuntur, hoc est, per insensibilem transpirationem terminantur. Qui verô coctu difficilem habent materiam, & perniciem præ se ferunt, possunt quidem abscessus habere verùm non bonos; qui verò coctu difficilem possident materiam, & nihilominus salubres sunt, abscessus obtinent salutares, ac proinde per abscessus judicantur. Ejusmodi primam conditionem ad crisin per abscessum exspectandam, ut nimirum morbus sit ad salutem proclivis, hisce verbis apud *Hipp lib.*3. *progn. text.* 23. expressam reperimus: *Si qua verò febris prorogetur, salvo facto homine, nec dolore detinente, aut ob inflammationem, aut ob aliam aliquam occasionem evidentem exspe-*

are oportet abſceſſum. Salutaris verò i-
te abſceſſus erit, cùm, ſalvo facto homi-
e, febris prorogetur. Hinc quoq; *lib. 2.*
rogn. text. 65. futuri abſceſsûs conditio-
es enumerans in hæc erumpit verba:
Promittitur ſalutaris (nempe febris) *ab*
mnibus aliis ſignis ſalutaribus; his tales
re abſceſſus ſperandum eſt; ubi abſceſſus
oni & judicatorii ſunt intelligendi; pra-
i namq; & ſymptomatici etiam in mor-
is pernicioſis, ut febribus potiſſimū ma-
gnis & peſtilentibus, apparent.

Ex facili verò tolerantia, decubitu bo-
o, ſomno, ſitis privatione, pulſu bono,
entis conſtantia, appetitu non planè ab-
lito, nec alimentorum digeſtione prava
gna iſthæc ſalutaria deſumuntur, & a-
ud *Hippocr.* quoq; *lib. 2. progn. text. 65. &*
6. deſcribuntur. Ubi tamen ſigna, quæ
x facili reſpiratione, ac hypochondriorū
lubritate aſſumuntur, non abſceſſum ſo-
um, ſed huj⁹ etiam locum præoſtendunt.
egligenda verò præprimis hîc ſunt ſigna,
uæ morbi diſceſsū præſagiunt; hæc enim
am urina cruda, quæ futuros abſceſſus

aliàs portendit, convenire planè nequeunt. Fautorem habemus hîc *Galenum lib. 2. progn. text. 34.* sic differentem: *Qui tenues crudasq; diutius urinas mingunt: si cætera, ut in convalituris, indicia fuerint, in iis abscessum ad sedes infra præcordia exspectare oportet.* Per cætera: ut in convalituris, indicia, nos hic reliqua salutaria intelligimus.

Ex talismodi verò urinis, quæ crudæ diutius minguntur, *altera* futurorum abscessuum conditio sumitur; quæ morbi longitudo erit. Morbi diuturnitatem tales ostendunt: & ex morbis diuturnis abscessus accidunt. Unde testante *Galeno lib. 3. de crisib. cap* 10. *& comm. in aphor. 36 sect. 3. Hippocrat. per excretionem acuti morbi, per coctionem verò & abscessus judicantur.* Longi nimirum & faciles per coctionem, id est, sine crisi: longi & difficiliores, factâ crisi, per abscessus, judicantur. Egregiè hoc confirmat *Hippocrates lib. 3. progn text. 23* ita differens: *Si qua febris prorogetur salvo facto homine, &c.* Idem intelli-

gitur

git, cùm *sect. 4. aphor. 44.* sic ait: *Quibus febres longæ, his tubercula vel labores in articulis fiunt.* Longitudinis mensuram, ut nimirum diem vigesimū morbus transeat *lib. 3. progn. text. 25.* his verbis exprimit: *Ubi morbus vigesimum diem transiit, abscessus exspectare licet;* ultra enim hunc terminum frigidior morbus esse incipit. Non semper autem, ubi morbus vigesimū transiit diem, abscessus exspectantur, sed fiunt etiam inprimis diebus judicatoriis, ac proindè non expectanda febris longitudo, quæ eos significet, verum ipsi longitudinem significant, juxta *aphor. 51. sect. 4. Hippocrat. In febribus abscessus, qui ad primas judicationes non solvunt, morbi longitudinem significant.* In quo *aphorismo* hisce verbis utitur *Hippocrates*: ἀποςήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρισίας. Ubi ἀπόςημα, ἢ ἀπόςασιν, vocem esse ambiguam apud *Hippocratem* advertimus. Alias namque communi nomine sic excretiones decretoriæ dicuntur, ut per urinas, sudores. Alias dicitur propriè cu-

tis ille tumor ex humorum decubitu à parte nobili ad ignobiliorem, ut ab hepate in ilia, aut crus. Hìc de abſceſſu propriè dicto loquitur *Hippocrates*. Poſt quẽ natum ſi morbus perſeveret, malum eſt, cùm decretoria, quæ non decernunt, mala ſint. Sic diarrhœâ commotâ die critico, morbi ſolutionem ſperamus; qui ſi perſeveret, aut recidivæ, aut morbi longi, aut mortis ſignum eſt. Sic in pleuritide, aut peripneumonia parotis ſuborta, ſi nihilominus æger febricitet, non morbi tantum longitudinem, ſed mortem etiam ipſam plerumque minatur. Illud μὴ λυόμενα, non ad morbum ſolum, qui per abſceſſum ſolvitur, (quæ ſolutio peculiariter dicitur λύσις, ab abſceſſibus & tumoribus præter naturam) ſed etiam ad abſceſſum ipſum referri poteſt: adeò ut ſi hic natus in corruptelam convertatur, exſpectanda ſit mors: ſi in ſuppurationem tranſeat, morbi longitudo. Melius tamen eſt, ſi abſceſſum ſolvere morbos intelligamus. Morbi ergò, qui excretione ſolvuntur, primis ſolvuntur die-

bus

bus, quarto, ſeptimo, uſque ad vigeſimum. Poſt vigeſimum morbi coctione atque abſceſſu ſolvuntur. Poſt quadrageſimum abſceſſu. Proindè per primas judicationes hîc non quartum vel ſeptimum diem intelligimus; ſed cùm poſt vigeſimum abſceſſus oriatur, prima hujus judicatio erit 27. ſecunda 34. tertia 40. Poſt quadrageſimum prima erit 60. ſecunda 80. tertia 100. Item ſi abſceſſus, die vigeſimo contingens non ſolvat febrem, ſed ſolutio differatur, jam non poteſt non eſſe cum morbi diuturnitate; ſiquidem decretorium non decernens eſt; quod quidem, quatenus abſceſſus eſt, in morbo ſalubri fit; hinc mortem præſagire non poteſt; difficile igitur judicium, id eſt, morbi longitudinem oſtendit.

Futurorum abſceſſuum *tertia* conditio eſt, ut febris ſit κοπώδης, hoc eſt, laſſitudinaria. Ejuſmodi febrē laſſitudinariā notis deſcribit *Hipp. aph.* 31. *ſ.* 4. *Laſſitudinē habentibus in febribus, ad articulos, & circa maxillas potiſſimū abſceſſus fiunt.*

Sunt autem hæ febres laſſitudinales, vel laſſitudinariæ dictæ, non quæ laborem ſequuntur immodicum, ſive aſſvetus ſit, ſive inſvetus; talis enim laſſitudo ἁπλῶς ſic appellata, ardentium febrium cauſa atque comes ſæpius eſt; febris verò ardens magis κατ' ἐξοχὴν, quã κατ' ἀπόθεσιν judicatur: verùm quib⁹ conjunctus eſt κόπος αὐτόματος, laſſitudo ſpontanea; & quidem hæc, non quæ febrem præcedit, ſed quæ ejusdem eſt epigenemenon. Contingit autem, cum materia per arterias ad muſculos defertur. Longè aliter *Galenus in comm.* hunc *aphoriſmum* expoſuit; frequentiores namque fieri abſceſſus voluit in febribus, quas laſſitudo à cauſa manifeſta orta, excitavit; ſiquidem in his articulorum caliditas adeſt, quâ ad ſe materiam ſuſcipiunt, undè abſceſſus fiunt: aliam vero febrem, quàm laſſitudines ſpontaneæ præceſſere, communi ſaltem modo, per abſceſſus terminari credit; cùm nimirum ampla articulorum ſpatia promptè ſe ad abſceſſus recipiendos habeant. Verùm enim vero febris iſtis

ideam

deam non rectè consideravit *Galenus*; in ea enim, quæ laborem præcedentem sequitur, acuta cùm sit, nec non ex magna tùm cordis, tum hepatis ac aliorum viscerum omniumq; membrorum phlogosi proveniat, biliosa materia abundans, excretionem expostulat. Deindè quoque lassitudo quædam spontanea est, quæ futuros prænunciat morbos; & hæc vel est τονώδης, id est, tensiva, quàm plenitudo facit; vel ἑλκώδης, hoc est, ulcerosa, ac à cacochymia fit; vel φλεγμονώδης, & ab utraque fit causa. Alia est, quæ febribus supervenit, ab humorum fermentescentium, & calore liquatorum motu genita ut plurimùm, quæ tanto laboriosior est, quanto ægrum magis defatigatum suscipit; tanto quoque curatu difficilior apparet, quanto jam magis impressam habet causam.

Abscessuum futurorum *quarta* conditio est, ut febris sit continua. Quod magnus Medicorum dictatur *Hippocr. lib. 3. progn. text.* 27. etiam innuere voluit, cum sic ait: *Oportet autem talem exspe-*

ctari

ctari abscessum per febrē continuā in quartanam verò discessuram esse, quoties intermittat prehendatq; mirabilem in modum. Hoc *Galenus* tùm *in cōm.* tùm *lib. 3. de criss. c. 11.* libenter etiam amplectitur. In continuis autē magis, quâm in intermittentib' febribus abscessus fiunt. In illis enim humor, intra majora vasa inclusus, continetur; quem, si natura evacuare non valet, ad ignobiles duntaxat partes detrudere laborat, ut vasa ab ea sarcina exoneret; abscessus autem ita accidunt, humoribus nimirum à vasis majoribus ad partes ignobiles depulsis. In his extra vasa, & subindè in locis ignobilibus, fermentescit materia, quàm natura in alium locū transferre non satagit, sed ibi eam vel discutit, & ita febris simpliciter solutione terminatur; vel eam coquit, ut sic morbus, evacuatione aliquâ per loca conferentia factâ, judicetur.

Anni tempus *quinta* futurorum abscessuum conditio est. Licèt enim omni tempore per abscessus morbi possint judicari, nihilominus non ita commodè, nec ita frequenter in aliis annitem.

emporibus hoc fit, ſicut in hyeme. Quapropter rectè dixit *Hippocrates* *lib. 3. progn. text. 29. Abſceſſus hyeme fiunt magis, tardiusq́ue deſinunt, ac minus recurrunt;* quod humori tunc dominanti, pituitæ videlicet, magis competit. Ipſa enim magis, quàm alius aliquis humor abſceſſibus materiam præbet. Quod etiam tardius deſinant, pituita facit, ſicuti etiam, quod non facile recurrant. Et *coac. prænt. text. 142.* hæc verba repetit; ubi *Joh. Jonſtonus in comm. ad hunc text.* verba hæc ſic exponit: *Per hyemen abſceſſus potius accidunt*, quia humores tùm ſunt craſſiores, & compactum magis corpus; *tardius ceſſant*, propter humorum contumaciam, & cruditatem, temporisque frigidam conſtitutionem; *minùs recurrunt*, quòd peccans materia ſit immobilior, utpotè frigidior & craſſior.

Ad facilem abſceſſuum exitum non parum etiam auxilii præſtat ætas. Hoc nobis ſuggerit *Hippòcr. lib. 3. progn. text. 24. & 28.* hiſce verbis: *Talis abſceſſus magis ac minore tẽpore evenit juniorib⁹, quàm*

trigesimum annum agentibus. Et licèt in *coacis Hippocrates* dicat abscessus exspectari in iis, qui trigesimum annum superârunt, sciendum tamen est, non omnes abscessus æqualiter suarum ætatum terminos transcurrere, sed alios tardius, alios verò citius. Hînc *Galenus in comm.* primum conversionis terminum, ad habitum frigidiorem, trigesimum annum, novissimum verò trigesimum quintum constituit.

Verùm enim vero, si ante trigesimum annum, vel saltem circa trigesimum abscessus sint exspectandi, quare juxta decretum *Hippocratis*, quod *lib.* 1 *progn. text.* 33. & *lib* 3 *progn.* 12. habetur, sanguinis fluorem à naribus in junioribus, & trigesimum quintum annum agentibus exspectemus. Ut hoc ritè decernamus, nobis non solùm ad ætatem, id est, ad robur, nec ad humoris tantùm naturam, sed ad utrumque etiam respiciendum est. Si enim facultas juvenilis adsit, id est, robusta, & humor calidus, excretio fit, vel sanguinis è naribus, vel alterius

terius etiam humoris, per deſtinatos à
natura ductus. Si frigidus ſit humor,
vel concoquitur is, & ita ſimplex con-
tingit ſolutio, vel abſcedit, & abſceſſus
accidit. Et ſic in juvenili corpore ab-
ſceſſum ex humore nimirum frigido &
pituitoſo habemus. Si virtus ſit debilis,
qualis in ætate ſenili percipitur, raro præ-
dominium humor calidus habet; ſi verò
aliquando habeat, tum morbus aut ſalu-
ber erit, aut pernicioſus: in pernicioſo,
nihil boni exſpectamus; in ſalubri vero
abſceſſum. Et ita abſceſſus ex humore
calido, ob virium infirmitatem, in æta-
te ſenili evenit. Cum vero ex humore
calido, ob virium infirmitatem, in ætate
ſenili, abſceſſus oritur, humor nõ calidiſ-
ſimus atque tenuiſſimus eſt, ſed talis, qui
ſeni calidus eſt, qualis juveni forſitan non
ſit. Humor autem frigidus in valdè ſe-
nibus coctionem reſpuit; & hinc *Hippo-
crates ſect. 2. aphor. 40. raucedines & gra-
vedines in valdè ſenibus coctionem haud
admittere* docet; aſt in ſenibus, quibus
cruda viridiſque ſenectus adeſt, humor

 con-

concoquetur quidem frigidus, verùm tardè. Cum humoribus frigidis media ætas quando valenter agit, abſceſſum facit: cum calidis verò, quamvis valenter non agat, abſceſſus emerget.

Signis, criſin futuram per abſceſſum indicantibus, tandem ſignum ex pulſibus deſumptum adjungimus. Hoc *Galeno* acceptum refertur; in *ſua* enim *ſynopſi* ad finem ita diſſerit: *Ubi autem pituitoſior morbus ſit, quando ex inæqualibus pulſibus mutatio in plures, vehementes & magnos ſit, per abſceſſum erit criſis.* Verùm ſi accuratè *textum* hunc intueamur, pulſus iſti magis criſin per evacuationem, quàm per abſceſſum indicant.

Ex ceſſatione dolorum, absque excretione, ſigna ſumpta hîc quoq; adjicimus. Evacuationum aliarum ſuppreſſionem etiam adjungimus. Et peculiariter, ſi abſceſſus futuri ſint parotides, horum ſigna ſunt coma aut ſurditas. Si futuri abſceſſus ſigna quæpiam demùm adſint, nec abſceſſus ea ſequatur, id malignitati tribuimus. Undè in *Coac. prænot. text.* 145. non immeritò dixit *Hippocrates*: *Quæ-*

cunq;

cunq; febri ex adverſo reſpondent, niſi abſceſſum faciant, malignitatem denunciant. Hoc eſt, ut *Gregor. Horſtius* & *Joh. Jonſtonus in comm. ad hunc textum* ſcribunt: *Quæcunq; ſigna febri ſe opponunt*, quæ ſcilicet non monſtrant febris ſolutioné convenientem per criſin potiſſimum perfectam; *nec abſceſsûs ſigna habent*, ſcilicet nec imperfectam quoque criſin per abſceſſum judicantia; qualia ſunt in febre ſalutari morbi diuturnitas & protractio, materiæ qualitas, tarditas, cruditas, & ad abſceſſum propenſio, urinarum tenuitas; quæ in febre abſceſſuum notas faciunt, ac velut ex æqualibitate quadam febri opponuntur, quaſi pro febre rependantur, eamq́ue compenſent. Hinc etiam nonnulli ἀντιδίδοται legũt: nonnulli verò ἐνδίδοται, aut ἐνδίδοντα ſcribunt, & eo, quæ febri cedunt, & quæ, cum ſignificationem de ſe ediderint, remiſſiores aut languidiores habent impetus, in ipſoq́ue curſu velut ſubſiſtunt, & fatiſcunt, ut abſceſſum non faciant, intelligunt; quod ferè idem eſt. *Maligna ſunt*, cùm naturã ſuccumbentem indicent.

Locum, in quo futurus sit abſceſſus, etiam præcognoſcamus oportet. Poſtquam *Hippocrates lib.6. epidem.* ſigna futuræ criſis, & ſigna nonnulla criſis per abſceſſum recenſuit, ad ſigna, quæ locum futuri abſceſſus præmonſtrant, accedit, inquiens: *Exſpectare oportet ſecundum diſtentionum rectum inceſſum, quæ in ventre fiunt.* Hoc eſt, ut *Galenus in comm.* explicat: *Utrum in dextram, corporis partem, an in ſiniſtram morbi abſceſſus futurus ſit; hujusmodi namq; diſtentiones, ſecundum ipſarum rectum ſitum, abſceſſus fore nunciant.* Quoniam ergò *Galenus lib. 4. de præſag. ex pulſ cap. ult.* naturæ inclinationes ſpectandas eſſe jubet: & *ſect. 3. prorrh. comm.* 71. humorum conſiderandam eſſe monet inclinationem, ad quam ſcilicet partem fiat: quoniam rurſus *inclinatio* ſemper κατ' ἴξιν, hoc eſt, ſecundum rectum dirigatur, documentum nobis hoc præſtantiſſimum exiſtit, quo jubemur abſceſſus futuros exſpectare, verſus partem eam, quæ cum parte prius adfecta rectitudinem quandam obtinet. Et ita habebi-

bebimus modum præcognoſcendi, num dextrorſum vel ſiniſtrorſum abſceſſus ſit futurus.

Si naturam in locum aliquem materiam morbificam translaturam eſſe conjiciatur, quo in loco abſceſſus futurus ſit, ex materiæ ad partes vel ſuperiores, vel inferiores inclinatione potiſſimum cognoſcitur.

Si enim materia ſit tenuis, ad partes ſuperiores potius, quam inferiores movebitur. Et ſi natura fortis ſit, verſus inferiora potius, quam verſus ſuperiora materiam depellet.

Utrum ergò ſurſum, an deorſum abſceſſus ſit futurus, apud *Hippocratem* legimus, qui *lib. 2. progn. text.* 66. id præcipuè in peripneumonia præcognoſcere docet, inquiens: *Abſceſſus fiunt, hi quidem ad infernas regiones, quibus aliqua inflammatio circa hypochondria adſit.* Hypochondria enim inflammata jam è pulmonibus deſcendiſſe materiam oſtendũt, quæ mox deſcendet magis, & ad partes infernas dilabetur. *Ille vero ad ſupernas*

quibus

quibus hypochondrium quidem molle, & doloris expers sit, difficultas autem spirandi, aliquo tempore facta, desierit sine occasione aliqua. Si verò materia non ad hypochondriũ descendat, quod monstrat hypochondrii mollities, & doloris vacuitas, & tamen respirandi difficultas sine causa manifesta cesset; Signum est, aliorsum, sursum scilicet, materiam tendere: si porrò respirandi difficultas cesset, non quidem omninò, cum in peripneumonia adsit, ac sæpè increscat, & solito major fit, fiatque sine causa manifesta derepente minor; in aliis vero morbis, in quibus respirandi difficultas non necessario adest, si adsit, & postea cesset, nec ad hypochondria malum dilabatur, ad superna adscendit, ut & ad glandulas, quæ vel retro aures, vel quæ sub mento conspiciuntur, se convertet.

Si præterea frigidi & crassi humoris signa adsint, ad partes inferiores decubitus prædicendi sunt. Hinc *Hippocrates lib. 3. progn. text. 23. Si febris prorogetur, salvo facto homine*, quod humorem frigidum, crassæque naturæ denotat,

at, *abſceſſum exſpectari* dicit *ad aliquem articulum, maximè inferiorem.*

Sibi ipſi *Hippocrates* videtur eſſe ſſe contrarius; nam *lib. 2. progn. text.* 57. in peripneumonia, qui affectus fit à calido humore, *abſceſſus* laudat, qui ad crura fiunt. Verùm ad crura humor calidus maximè tendere poteſt: ſi nimirum naturá valdè robuſta humores etiam tenues, contra nativam eorum propenſionem, ad loca inferiora, & quoad poteſt, procul à membris nobilibus detrudit. Natura robuſta maximè moliri poteſt excretionem, ſi omninò victrix, coctione peractâ, exultet. Ejuſmodi verò humorum coctionem hic non admittit *Hippocrates*, nec hoſce abſceſſus, humoribus coctis, apparere ſupponit, ſed vel crudis adhuc exiſtentibus humoribus, vel ſaltem ſemicrudis. *Abſceſſus* enim *qui ad crura fiunt, in pulmoniis vehementibus ac periculoſis, omnes utiles ſunt; optimi verò, qui, ubi ſcreatio jam in mutatione eſt, fiunt.* Dicit hic *Hippocrates, in mutatione eſt.*

Abſceſ-

Abſceſſum nimirum optimum apparere insinuat, cum coctio incipit; abſceſſu verò apparente, coctio proſequitur. Subjicit igitur hæc verba: *Si enim œdema aut dolor fiat, & ſcreatio pro flava purulenta exiſtat, ac foras excernatur, ita ſecuriſſimè, & homo ſupererit, & item abſceſſus citiſſimè citra dolorem deſiſtet.* Et ſic, oedemate apparente, & dolore, id eſt, abſceſſu, ſputi concoctio in melius abibit, & pro flava fiet purulenta; hinc duo bona quoq; ſequentur; unum erit ſecuritas à morbo; alterum facilis abſceſſus ſanatio. Deindè pergit ita: *At ſi excreatio non rectè excernatur, nec urina videatur bonum habere ſedimentum, periculum claudıtatis in articulo, vel multi negotii imminet.* Si ſcilicet materia tota incocta articulũ decumbat, neq́ue pars aliqua cocta per ſputum expurgetur, periculum erit, ne in malos abſceſſus abeat, ac pars putrefacta decidat, aut amputetur; undè neceſſariò ſequatur patientem claudicare.

Materia ergò non frigida poteſt à robuſta natura, ante coctionem, ad partes inferio-

riores propelli: & pari modo à natura
on admodum robusta ad superiores de-
udi potest, ubi abscessus etiam fiunt.
Quod in febribus, quæ κοπώδεις, id est,
ssitudinariæ nominantur, videmus. *In*
is enim, ut *Hippocrates aphor.* 31 *sect*. 4.
ribit, *circa articulos, & circa maxillas,*
bscessus fiunt. *Hoc* autem *accidit*, sicu-
Galenus commentatur, *propter eam,*
uæ in corpore est, caliditatem, relatâ hu-
orum multitudine ad caput; mox indè
escipientibus illis, qui circa maxillas a-
enes sunt; sicuti qui circa inguina & a-
s sunt, quando ad illas partes multitu-
o pervenerit.

In convalescentibus etiam occurrit co-
noscendi modus, in quam partem po-
issimum humor decumbat. Nam ex
decreto *Hippocratis sect* 4. *aphor*. 32. *qui-*
uscunque ex morbis resurgentibus si quid
aboraverit, hîc abscessus fiunt. Quod a-
iis etiam accidit, antequam in morbum
ncidant.

Sic enim egregiè, ac ex tripode quasi,
Hippocrates aphor. 33. *sect*. 4. profitetur:
Si

Si ante morbum pars aliqua laboraverit, hîc morbus firmatur. Quando nimirum pars aliqua, ut caput, hepar, lien, pulmones, alvus laboravit, antequam morbus veneerit, ibi se morbus obfirmat, in eaq; parte abscessus exspectandus, si modò laboriosa febris invaserit.

Cæterùm abscessus quidam boni, quidam mali habentur. Quinam verò boni, vel quinam mali sint, paucis videbimus. *Abscessus* statuit *Hippocrates lib. 1. epidem. sect. 2. text. 35. & 36. aut majores, quàm ut ferri possint, aut minores, quàm ut pro sint quicquam.* Sententiam hanc licèt *Galenus in comm.* ad abscessus per effluxum trahat, longè tamen magis abscessibus per decubitum ea non potest non accommodari; parvitas enim, aut magnitudo in abscessu per decubitum, non juxta paucitatem tantùm, aut multitudinem fluentis materiæ, quæ abscessum quoque per effluxum, & per decubitum facit, sed in majore quoque, aut minore loci, in quem decubitus fit, capacitate, consideratur.

Cùm

Cùm igitur abſceſſus ſit ἀξιόλογ-ος, h.e. æſtimabilis, plures debet habe- conditiones. *Prima* eſt, ut ſit ἀν-ῤῥοπος, καὶ ἰσόῤῥοπος, id eſt, *æqui-ris*, ſeu *æquivalens*. *Magnitudine* amque ſuâ & *parvitate* nocere valet. agnitudine ſemper æger à priori mor- fatigatur, abſceſſui ferendo ineptus t; ubi magnitudinis nomine magnam rcumferentiam, ſeu malignitatem, u partis præcipuæ læſionem intelli-mus. *Parvitate*, quâ abſceſſus ἡ-ιῤῥοποι, hoc eſt, ſemifluі ſunt, nec pendentes, morbum ſuperſtitem re-nquunt, ægrum ſuperſtitem eſſe non nunt. Itaque *Hippocrates lib. 2. progn. xt. 9.* ait: *Si verò digiti, ac pedes o-ninò nigreſcant, minus pernicioſi nt.* Livorem in unguibus & digi-s prius damnavit, nunc minus da-noſum nigrorem in digitis ſimul pedibus judicat. Livore nigri-es deterior videtur; livor enim via

via ad nigritiem eſt. Damnat autem magis livorem, quam nigredinem, quoniam livor eſſe ſupponitur in unguibus & digitis, quæ non ſatis amplam materiæ recipiendæ capacitatem habent; digiti verò ſimul cum pedibus obtinent. Sic ergò ratione materiæ nigrities deterior eſt: ratione verò loci livor, & præcipuè, cum abſceſſus minor eſt, quàm oportet, damnatur.

Interdũ quidem materia totos occupat pedes, & minus prava cenſetur, quàm ſi exiguum occupet locum. Et tumor aliquis in febre immenſitatem materiæ, febrem facientis, exhaurire poteſt. Verùm hoc fit, quia materiæ portio aliqua, qua natura exoneratur, illuc decumbit; natura verò exonerata poteſt aliam rurſum tranſmittere, quæ partim diſcuſſione, partim ſuppuratione educitur: pars alia, in priore minera remanens, non tanta eſt, quin à natura, jam ſuo munere fungente, poſſit emendari.

Sed ſic forſan quilibet minimus locus ad recipiendum naturæ impetum ſuf-
ficie-

ciet, & subindè non erit cur in abscessu articula minus capax damnetur. Quod on erit admittendum; priorem enim aturæ sese exonerantis impetum partiula exigua haud capit, ac proindè palinromiæ occasio datur. Quòd si apud *Hippocratem lib. 7. epidem. Moscho con*-gerit, ut oborto in superiore palpebra ordeolo, à calculoso affectu, cui obnoius erat, prorsus liber evaserit: id accit, quia natura partis incapacitatem abessuum numero compensavit; juxta urem enim, & infra in cervice, bubones cundum rectitudinem apparuerunt.

Altera conditio, quæ aliàs etiam onibus evacuationibus communis videır, est ut, quoad fieri possit, fiat κατ' ἴξιν, oc est, secundum rectum, & nunquam νάπαλιν, id est, ex adverso. Adeò enim otens est rectitudo, ut *Metoni* apud *Hipcratem lib. 1. epidem. sect. 3. ægr. 7.* qui e quinto absque coctionis signis judiitus est, sanguine secundum rectum ente, judicatio perfecta fuerit facta. rina fuit nigra, & contentum nigrum,

quæ

quæ lienem affectum indicârunt; fluxit insuper sanguis ex sinistra nare largus & merus.

Tertia conditio, quæ etiam abscessibus per effluxum est communis, erit, ut coctione præcedente fiant. In abscessibus autem difficulter coctio præcedet, *si tenues crudæq; urinæ diutius mictæ eos significent.* Post has urinas crudas, alias coctas apparere, quibus abscessus significentur, asserit *Hipp. lib.2. progn. text. 34.* siquidem, teste *Galeno lib. 3. epidem. sect. 1. comm. 5. citra coctionem, nec abscessus, nec alia quæpiam judicatio rectè fieri potest.* Coctio verò hîc requiritur aliqua, ut abscessu morbus indicetur. Ea perfecta esse non debet. Sicut enim non omnimoda cruditas esse debet, ita nec exacta coctio. Si enim ad optimam coctionem respiciamus, urinæ, quæ ex *Galeno lib. 1. prorrh. sect. 3. comm. secundum naturam habent, atq; præter id, pendens album continent, coctum morbum esse indicant absq; abscessu. Debent ergò eæ nec prorsus incoctæ, nec absolutè coctæ esse, ubi natura facturi*

...ura *sit abscessum.* Initio igitur urinæ ...nt tenues, atque omninò crudæ,& tales ...u perseverent; tandem tamen,si per ab-...essum futura sit judicatio,eæ aliquid de ...nuitate, & subindè de cruditate remit-...nt. Hoc egregiè *Hippocrates lib. 3. epi-...m. sect. ægrot.* 1. *Pythionis* exemplo com-...obat. *Fuerunt ejus urinæ à primo ad octa-...um usque diem tenues, decolores, quæ su-...nsionem habebant nubilosam. Decimo ...davit, sputa fuerunt subcocta, judicatus; ...inæ circa judicium subtenues. Quadra-...simo à judicio die suppuratio circa sedem; ...stranguriosus factus est abscessus.* Prius ...inæ hîc fuerunt tenues; circa judicium ...tem subtenues, id est, minus crudæ; ju-...a sedem autem per abscessum judicatio ...vuta fuit.

Quarta conditio ad modum præstans ..., ut videlicet abscessus se non ἀνάῤῥο-...ν, hoc est, sursum, sed κατάῤῥοπον, ...est, deorsum præbeat. Sic ex decreto ...ppocr. *lib. 2. epidem. sect. 1. optimi potis-...sum abscessus sunt, qui deorsum vergunt.*

Undè laudandi quoque veniunt abſceſſus quibus à partibus nobilioribus ad minus nobiles fit decubitus; partes enim infernæ ignobiliores ſunt. Infernæ autem partes ſunt apud *Hippocratem lib. 2. prog. text. 34.* quæ ſepto transverſo inferiores exiſtunt, id eſt, inferiores *abſolutè* ſecundum ſitum, quem omnes partes in corpore habent. Quando verò non *abſolutè* dicimus, ſed *ad ſuperiores laborantes, reſpectu habito*, errabimus; multoties enim accidit, partem eſſe quidem inferiorem, ſed abſceſſum periculoſiorem. Sic à collo ad pulmonem humor decumbere potest, ab hepate ad renes, vel etiam uterum; quibus caſibus pars, ad quam decubitus fit, inferior quidem eſt, periculoſius tamen ægrotat.

Laudabiles quoq; abſceſſus ii cenſendi ſunt, *qui infra morbum fiunt*, ex *Hippocrate lib. 2. epidem. ſect. 1.* dummodo pars, ad quam materia decumbit ſit omnis periculi expers. Hoc exemplo demonſtrat *Hippocrates*, adducitque *varices, & lumborum gravitates ex ſupernis.* Si propterea in-

tion

one partis non adſit majus periculum & amnum, motûs ſanè ratione inferior lous ſemper aptiſſimus eſt: ſiquidem huoris præcipuè craſſi pondus ad inferio- vergit.

Inferiores autem partes infra ſeptum ansverſum ſunt, cùm ſuprà memra animalia ac vitalia ſint, à quibus naralia, quæ ſunt infra, nobilitate ſupeantur. Ignobiliora verò loca adeò conmnuntur, ut, quamvis ex abſceſſu audicet æger, in pede tamen eveniat, ptetur; quippe melius eſt, partem ihobilem pati, & ægrum claudum remaere, quàm partem nobilem affici, & ærum ad interitum deduci. Habemus hic eganter *Galenum lib. 6. epidem. ſect. 2. mm.* 14. dicentem: *Ideò ut plurium abſceſſus in ſuperioribus excita-, difficiliores ſunt, quod membra la majus, quàm inferiora, diſcrimen fferant, cùm utraq; eodem affectu exata ſunt; ſive enim cerebrum, ve guttur, aut gula, aut pulmo,*

aut pectus, aut cor, inflammata sunt, mortifera ægritudo est; membris infra jecur inflammatis, pauci admodum pereunt, potissimum si recta curatio adhibeatur.

Decubitus, ad superiora vergens, aliquando etiam laudabilis est. Sic *Mosch*⁹ ex hordeolo in palpebra superiore ac aliis tumoribus juxta aurem, & infra cervicem obortis, à calculoso adfectu fuit liberatus. Et ita à renibus ad oculos, aures cervicemque materiæ ascensum cognoscimus. Non fuit autem ad hos abscessus materia illa transmissa, quæ in renibus negotium fecit, sed quæ è cerebro in renes cadere dicitur; cerebrum enim quod pituitæ metropolim nominavit *Hippocrates*, multorum morborum, & maximè illorum, qui pituitosi sunt, causa habetur; & proindè derivatio materiæ pituitosæ à cerebro, ad partes quidem vicinas, sed inferiores, prodesse potuit.

Omnes denique partes externæ hominis ignobilitatis nomine, ac naturæ propen-

sion

ione, laudantur; ſiquidem hæ & ignobi-
es ſunt promptamque naturam habent, quæ interiorum potius ſollicita, malum ad exteriora depellit.

Huic adhæret *quinta* conditio, ut nimirum materia fluens, ſecundum *Hippocratem lib. 2. epidem. ſect. 1. quàm longiſſimè à morbo abſcedat.* Hoc ſaltem fit à natura valente, & rectè munere ſuo fungente. Et ſic bonum eſt ſignum; bona quoque cauſa, quia quæ procul fiunt, priori morbo fomentum non præſtant; quæ verò proximè, ſemper fumando morbi prioris vehementiam conſervant, ac mala vicini pecoris contagia lædunt.

Sexta tandem & *ultima* conditio, aliis etiam communis, conferentia & tolerantia eſt. Illud *Hippocrates lib. 4. epidem.* ita pronuntiat: *Maturi in morbis abſceſſus an judicent, ſignum eſt, ſi febriculoſa exiſtentia, non febricitant, & difficilis tolerantiæ exiſtentia, facilè ferunt.* Quæ ita intelligenda: Ut abſceſſus ſint judicatorii, hoc ſignum eſt: ſi nimirum aderat febris, & aufertur febris, & quæ difficilis tolerantia erat, fit facilis.

Abſceſſus autem ejusmodi judicato-rios dicit maturos *Hippocrates*, hoc eſt, ſuppuratos; ſuppuratio enim in abſceſſi-bus maximè venit expetenda. Verùm in ſuppuratione, juxta *Hippocratis aphoriſ-mum* 47. *ſect.* 2. *dolores & febres fiunt.* Fe-brem ergò certâ ratione ſolvunt, dolo-remque, ex quo difficilis tolerantia fluit, mitigant. Febris namque ad ſuppura-tionem accedens, ephemera eſt; dolor autem non perſeverat. Exſpectandum eſt igitur, donec tempus tranſeat, quo materia ſuppuretur. Hoc transacto, nec febris, nec dolor, ſi abſceſſus judicatori-us ſit, amplius remanere debent; ſin ve-rò ſymptomaticus, tunc malignior redi-ditus febris, & dolor major vehementi-orque fit. Symptoma pravum etiam do-lor eſt, cui ſi adhæreat materiæ in coquen-do contumacia, ratione abſceſsûs, nihil deterius accidere poteſt, febris autem cùm ſit malignior, nec de ephemeræ na-tura participet, prava ſimul erit, ex *Hip-pocratis decreto ſect.* 4. *aphor.* 55. *Ex bubo-ne febres omnes malæ, præter ephemeras.* E-

bubon

bubone namque, omniumque adenum aut glandularum tumoribus & inflammationibus febres omnes pravæ sunt; siquidem, bubone aucto, fuligines fermentaces malignæque ad cor transeunt, pravam & malignam excitantes febrem, præter ephemeras, quæ suppurationi duntaxat debentur.

Accuratiori quoq; indagine dignum est, quæ crisis melior sit, an ea per *effluxum*, an per *decubitum*. Crises omnes duobus modis fieri jam diximus, vel κατ' ἔκκρισιν, per *excretionem*, vel κατ' ἀπόστασιν, seu μετάστασιν, seu ἀπόσκημμα, per materiæ translationem.

An verò crisis per materiæ morbificæ excretionem, vel in alium locum translationem, seu abscessum sit futura, morbi species motusque, tempus anni, ægri natura & ætas docent. Si enim morbus valdè sit acutus, ex tenui & acri materia, & crisis primis periodis sit futura, si natura sit fortis, pulsus altus, viæ apertæ, & natura sudori vel evacuationi alii assueta, tempus sit æstivum, per excretionem

nem crisin futuram indicio erit.

Excretiones verò bonæ sunt, cùm evacuantur, ut convenit, & qualia, & quà, & quando, & quantum oportet, cum scilicet evacuantur humores, qui peccant, & quidem cocti, debitâ quantitate, die critico, justo modo, confertim, & per loca conferentia. Malæ evacuationes modo planè contrario se habent. Hinc quoque excretiones criticæ vel perfectæ, vel imperfectæ dicuntur. In perfectis vi & robore naturæ materia morbifica, secundùm tempus & morbi speciem, excernitur. In imperfectis contrà materia morbifica superstes adhuc est, aut pravo succrescit victu. Atque hæ parum ab excretionibus symptomaticis differre videntur, in quibus causarum antecedentium & conjunctarum ratio inprimis habetur. Causarũ siquidem antecedentiũ excretiones symptomaticæ sunt, quando evacuantur, quæ evacuari non debent, cruda pro coctis, anarrhopa pro catarrhopis, foràs vel intrò, per loca incommoda, &c. Causarum conjunctarum excretiones symptomaticæ

sunt,

unt, cum partes affectæ, humoris mor-
ifici naturam indutæ, corrumpun-
ur, corruptionemque fluore ſyntetico
eſtantur.

Si abſceſſus qnoque boni ſunt, qui, nateriâ jam concoctâ, fiunt, laudabilem habent ſubſtantiam, figuram, foras nimi-um extumeſcentem & acuminatam, æ-qualiter matureſcunt, non circumduri unt, & colorem habent bonum, rubrum, lavum, vel album, magnitudinem me-liocrem, perſeverant, & non evane-ſcunt, antequam ſuppurantur, & citò quoque ſuppurantur. Mali contrà abſceſ-ſus ſunt, qui foràs non ſatis extumeſcunt, non ſunt acuminati, non æqualiter ma-ureſcunt, circumduri ſunt atque bifidi, colore admodum rubente, vel livido, aut nigricante, majores ſunt, quam par eſt, evaneſcunt, antequam ſuppurantur, aut ardê ſuppurantur. *Hippocrates lib. 6. pidem. ſect.* 1. *text.* 12.

Hiſce præmiſſis, breviter nunc nquiremus, an criſis ſit melior per

effluxum, an verò per decubitum. Materiæ transpositiones, quæ novarum affectionum principium afferunt, damnabiles habentur: tales quoque sunt eæ, quæ per decubitum fiunt; in loco enim, in quem humor decumbit, nova incipit ægritudo. Hinc ergò crises per decubitum minus optandæ sunt, quam per effluxum: præprimis, cùm ex priori morbo ægrotum, morbus succedens, defatigatum accipiat; quod *Hippocrates libell. de affect.* innuit. Videtur itaq; crisis per decubitum hâc ratione damnanda; quippe *ægrotus, imbecillitate à priore morbo contractâ, potest perire, antequam posterior desinat.* Hinc subjungit etiam talia *Hippocrates. Judicare in morbis est, cum morbi augescunt, aut marcescunt, aut in alium morbum transeunt, aut desinunt.* Hoc ita explicandũ est: Crises fiunt, vel ad melius, id est, quando morbi *marcescunt*; ad pejus verò, quando *augescunt*; ad sanitatem, quando *desinunt*; ad mortem, quando *in alium morbum transeunt.*

Quòd

Quod licèt perpetuum non reperiatur, eâ tamen ratione verùm esse potest, quâ *Hippocrates ægrum præ imbecillitate perire* jam dixit, *antequam morbus alter, qui posterior accessit, desinat.*

Ratio etiam alia, & quidem prægnans datur, quæ crisin per decubitum, tanquam imperfectam, minus laudabilem, quàm crisin per effluxum efficit. Ad crisin nempe per decubitum, materia, morbum faciens, semicocta saltem est; ad crisin verò per effluxum coctio perfecta requiritur.

Itaque cùm duplex sit crisis, κατ' ἔκκρισιν, *per excretionem*, & κατ' ἀπόστασιν, *per decubitum*: Illa habet omnes conditiones, quas bona crisis requirit; hæc autem, quamvis morbum solvat, ac in die decretorio fiat, duplici tamen modo imperfecta censeri potest; partim, quoniam non præcedente perfecta, sed magis imperfectâ coctione fit; partim etiam, quæ ægrotantis labores non finit, verùm nova adhuc molestia restat, si scilicet in pedem humor decumbat, ex

Hippocratis documento, *claudicationis, & majoris negotii periculum aderit.*

Abſceſſus demum ſunt vel univerſales, vel particulares. Univerſalium alii per modum plurium, alii per modum unius fiunt. Per modum plurium, hoc modo abſceſſus univerſales eveniũt. Inter τὰ ξυμφέροντα χωρία, *loca evacuationibus conferentia, Galenus comm. in aphor. 21. ſect. 1. Hippocrat. cutim univerſam refert*; quam ideò non immeritò emunctorium univerſale nominamus: quicquid igitur ad eã decumbit, abſceſſus univerſalis dici non nequit. Ille verò nonnunquã vel in myriades dividitur, vel continuꝰ eſt. Omnia quæcunque in cute efflorefcunt, *Græci* communi vocabulo ἐξανθήματα καὶ ἐκθύματα, *exanthemata*, ſeu *ecthymata* vocant. Sub hiſce verò morbilli, variolæ, puncticulæ, &c. comprehendi queunt. Cæterùm ſani quoque, qui tamen cacochymi ſunt, abſceſſum iſtum

ad

ad cutem patiuntur, si nimirum, antequam ejusmodi cacochymiam deponant, forti utantur èxercitio, seu se vehementissimè moveant. Hinc rectè *Hippocrates lib.6. epidem. sect. 5. text. 34.* dixit: *Si impurgatus laboraverit, ulcera erumpent;* exercitio quippe, quicquid in corpore latet, ad cutim propellitur; ubi ergô pravus latet humor, mordax atque ulcerans, ibi cutis ulceribus scatet, eaq; his sordescit. Ulcerum autem horum effectus diversi sunt, pro diversitate humoris, quo constant, quemadmodum ex *Galeno lib.2. de symptomat. caus. cap. ult.* videre quilibet potest. *Quippe tenuis, salsus, immotusq; succus in iis est, qui pruriunt; paucus, tenuis, mordens, & immotus in ulcerosis affectibus; multus salsus, crassus, & immotus in lepris & scabie; paucus, tenuis, & mordax, cum exiguo motu in horroribus. Quod si vehementius moveatur, vel copiosior, mordaciorve sit, concutientem rigorem infert, non horrorem; maximum quidē, qui plurimus est; & mordacissimus, &*

 vehe-

vehementissimè motus; minimum verò, quia propter unum aliquid horum mediocriter auctum, ex horrore in rigorem transire facit.

Per modum unius deindè quoque abscessus universales fiunt. Ad universalem autem abscessum, qui continuitate unus est, si nos recipiamus, auriginosus sive ictericus statim sese quoque offeret, cui biliosi humoris ad universam cutim transmissio causam præbet. Cùm autem icterus varias habeat differentias, eum hic saltem intelligimus, qui febricitantibus accidit; hunc verò universalem dicere nobis fas erit. De hoc autem ictero, febricitantibus evenienti, tale decretum *Hippocratis sect. 4. aphor. 62.* legimus: *Quibus per febres morbus regius ante septimum diem supervenerit, malum.* Quem *aphorismum* verò *in coac. prænot. text.* 121. clarius hunc in modum explicat: *Morbus regius, si ante diem septimum accesserit, malum significat: Septimo autem, nono, undecimo, ac decimo quarto judicationem*

adfert

adfert, dum præcordia non induret. Quod si secus contingat, res in dubium vertitur. Decretum hoc neque *Plinius histor. nat. lib. 26. cap. 12.* neque *Averrhoës lib. 4. coll. cap. 43.* recipiunt. *Scit* enim prior *vixisse aliquos etiam ab hac desperatione.* Verùm non dicit hic *Hippocrates* ejusmodi icterum esse lethalem, qui aliàs desperabundus esse posſit, sed malum: neque verò, licet lethalem dicat, adhuc moriendi necessitatem absolutam, quam *Plinius*, in *Hippocratis* calumniam, desperationem nominat, vocabulum illud importabit: Siquidem, ut rectè *Galenus comm. in aphor. 60. sect. 6. Hippocrat.* adnotat, *mortale* ab *Hippocrate* dicitur interdum de iis, qui ex necessitate sunt morituri; interdum de iis, qui magna ex parte. Icteriam autem eam damnat *Hippocrates*, quæ *ante septimum*, non à *septimo*, id est, post *septimum* evenit, ut citra veritatem scripsit *Plinius*. Summus enim ille Medicorum princeps, *Hippocrates aphor. 64. sect. 4.* postea die *septimo, nono, undecimo, decimo quarto,*

diebus,

diebus nimirum *decretoriis*, icteritiam supervenientem vehementer approbat, nisi simul hypochondrii dextri durities adsit, id est, nisi malus aliquis affectus hepati contingat. Vide sis *Jacobi Hollerii* & *Joh. Liebautii comm. in hunc aphor.* Idem decretorium insuper adeò veneratur *Hippocrates lib.4. acut. text.31.* ut etiam ante septimum, die nempe quarto, icterum, si cum rigore veniat, summis extollat laudibus; febris enim, quæ causam biliosum & valdè mordacem humorem habet, morbus est peracutus, atq; ante septimum diem etiam suum decretorium habet. Judicatio verò in illo die quarto per rigorem facta, ut sit proba, subsequentem debet habere expulsionem; ad cutim autem, per icteritiam, hoc est, per abscessum universalem, expulsio fit.

Non modò die quarto saltem icteritia cum rigore bona habetur, sed etiam postea, dummodo æger debilis non sit, & febris præcipuè solvatur. Hoc ad firmat etiam maximè *Hippocrates*; boni namque abscef-

ɔſceſſus conditiones tunc ſubit; hoc il-
ː tantùm dicit, quod dubium movere
oterat. Prius enim dixit icteritiam
nte diem ſeptimum malum denotare;
unc verò dicit, poſſe aliquando ante
ptimum icteritiam aliquid boni por-
endere, ſi cum rigore ſcilicet fiat, cùm
icem expulſionis factæ poſt rigorem ſub-
at; ſiquidem tunc rigor etiam ſolvere
auſonem, ex *Galeni* documento, valeat,
uando ad rigorem evacuatio aliqua
ıbſequitur.

Sine rigore contrà icterus, ante diem
ptimum proveniens, earum mutatio-
um conditionem habet, quæ ſympto-
naticæ nominantur. Quòd ſi icterum,
tiam ante diem ſeptimum contingen-
em, evacuatio aliqua comitetur, libe-
abitur æger: ubi quidem icterus ex ſe
ː per ſe non eſt ſalubris, ſed quia
ıbſequens evacuatio à periculo libe-
at. Simili ferè modo parotides peri-
uloſæ ſunt, verùm ſuperveniente
alvi

alvi fluxu, aut mictione copiosâ, periculi nihil invehunt. Hinc jure optimè aphorismus, qui sub manibus versatur nostris: *Icteritia ante septimum, malum*; quibusdã in *codicibus* verba hæc habet adjecta: *nisi humores alvo prodeant*. Bilis enim per alvum in ictero maximè debet expurgari; Additamentum autem hoc *Galenus*, doctissimus ille Medicus, *comm. in hunc aphor.* ex *Hippocrate lib.* 1. *epidem. sect.* 2. *text.* 3. desumpsit; ubi hæc habentur verba: *Quibus accidit morbus regius sexto die, his purgatio per vesicam, aut alvus turbata profuit, aut larga sanguinis eruptio. Sic Heraclidi, qui decumbebat apud Aristocyden, ex naribus sanguis erupit, & alvus turbata est, & per vesicam ille purgatus est, vigesimâ die quoq; judicatus est. Phanagoræ servo nihil tale factum est, & ipse mortuus est.* Unde non solùm mori videmus eos, quibus excretio deest, sed quibus etiam superflua contingit. Ita multum excrevit *Hermippus*, adeò ut, viribus evacuationis vim non sustinentibus obierit. Ut

salu

alubris igitur ſit icterus, imò ut ſit ſe-
urus, neceſſe eſt, ut ſequatur evacua-
io; quæ tamen nec ſit diminuta, nec
aperflua, ſed moderata, ἰσόῤῥοπος,
el ἰσοῤῥοπίαν non valdè excedat.

Jam igitur icterus in omni regione
âc ratione utilis eſſe poteſt; inutilis
anè, vana & inanis videtur excuſatio,
uam *Averrhoes Hippocratem* accuſans
nagis, quàm excuſans, inducit, inqui-
ns: *Poſſibile eſt, quod viderit in terris
uis criſes, venientes per icteritiam ante ſe-
timum diem, eſſe malas.* Hâc excuſa-
ione fidelis ille Medicorum dux, *Hip-
ocrates* non indiget. Non enim ſuis
untaxat *Cois*, ſed univerſi orbis habi-
atoribus etiam communem, & ratio-
e & experientiâ fundatam Medicinam
radidit.

Abſceſſus particulares ſunt paroti-
les, bubones, &c. de quibus hodiè di-
cendi locus nobis non datur aptiſmus.

CA-

CAPUT XVI.

Differentiam inter Recidivam & Palindromen illustrat.

NIhil tàm horrendum videtur in morbis quàm τὸ παλινδρομεῖν, hoc est, palindrome, sive recursus: cum nimirum tàm Medico, quàm ægroto, exacti jam morbi fallax illud specimen illudit, & portum se tangere putanti, majores aquarum assurgunt montes. Et sic παλινδρομεῖν significat recurrere, reverti. Verbum est ab *Hippocrate* usurpatum cùm *aliis in locis*, tùm *sect.* 2. *progn.* cum humores, à quibus tumores præter naturam excitabantur, in easdem sedes remeant undè prius venerant, ut in hunc locum commentatur *Galenus confer. Anutii Fœsii Oeconom. Hippocratis pag.* 478. Παλινδρομῶν σφυγμὸς, *recurrens pulsus* appellatur. Pulsus iste inæqualis est in

a una pullatione, & una parte arteriæ, tactum secundo feriens post absolutam diastolen, antequam systole sit absoluta. Hic δίκροτος proprio nomine dicitur. Dupliciter verò *Hippocrates* palindromes vocabulum usurpat; aliquando enim recidivam denotat, verùm minus propriè, ut quando *Hippocrates in coac. prænot. text.* 460. dicit: *Hydrops, qui ad curationem remisit, recurrens desperatus est.* Solus enim ille hydrops, ut egregiè ac eleganter *in comm.* scribit *Joh. Jonstonus* depelli potest, naturæ vel artis beneficio, qui vel ex sola seri collectione & suppressione, vel materiæ flatuosæ copia, sine scirrho hepatis vel lienis confirmato, corruptela substantiæ ejusdem, marasmo retorrido, aut hectica intestinorum intemperie, ortum habet. His positis, etsi commotâ alvo multa expurgari possint, & venter etiam detumescat: recrudescit tamen malum, ex eo magis lethale, quod vires ex infirmitate morbi magis prosternantur; spi-

Spiritus in aquæ effusione dissipentur; & viscera deorsum magis inclinent. Licèt igitur aquam hydragogo aliquo medicamento extrahere possimus, ventrem quoque detumescere videamus, & æger à molestiis, quibus propter inundationem premebatur, velut in portu, respiret: si tamen malum recurrat, hoc est revertatur, erit recidiva, causam non fuisse abolitam judicans, eamque tumorem aliquem internum, in hepate præsertim ac liene esse, qui curationem non suscipit.

Præter hanc insuper significationem quàm valdè diximus impropriam, vocatur propriè palindrome recursus corporis nostri humorum præter naturam ad interiora: & ille duobus adhuc modis accidere potest, uno minus proprio, quàm alio; si namque recurrat ad partem, diversam ab ea, à qua fluxus incipit, non ita propriè sumitur palindrome, sicut alia, in qua humor ad suum recurrit fontem. Modi tamen isti tres omnes sunt valdè periculosi. *Primus*, quoniam

vτω

προσφόφος morbus priore deterior est, vel ea saltem causâ, quòd ægrum susciat defatigatum. *Alter*, laudabilis tantùm esse potest, si materiæ orgasmo, quo cor, aut membrum aliud princeps fuerit lacessitum, eodem orgasmo materia recurrat aliorsum. Laudabilis etiam erit, si post damnabilem fiat: Si nimirum materia ab abscessu recurrat ad cor, deindè à corde ad abscessum iterum transmittatur. Nec igitur laudabilis ista palindrome impossibilis est judicanda; quamvis enim quandoque majorem vim habeant interiora ad retinendum, quàm exteriora ad recipiendum; materia tamen turgens, ut ad exteriora revertatur, naturam, cui custodia sanitatis incumbit, habet adjutricem. Sic ex *Hippocrate sect. 6. aphor. 25. erisypelas ab internis ad externa conversum*, per metastasin, *bonum est*; deindè *ab externis ad interna conversum*, per palindromen, *malum est.* Humorum enim transmutatio, sicut *Joh. Liebautius in comm.* benè differit, quæ fit ad exteriora, relictis

in

interioribus, salutaris est, ut signum & ut causa: Signum quidem, & naturæ robur, victoriam, atque rectam ratiocinem significat, & partes principes à morbo liberat. Contrà fit in conversione humorum ab exterioribus ad interiora: cujus salubris & insalubris translationis exemplum in erysipelate nobis proponitur; materiæ namq; decubitus ad cutem, nullo in visceribus superstite foco, mediocris naturæ dominatus supra materiam signum est, ut excretio perfecta: ita ut præstaret interiorem materiam per alvum & urinas ferri, dummodo sine molestia naturæ fieret, quàm ad cutim transferri. Sententia verò *Hippocratis* magis universalis *Galeno in comm.* videtur, dum erysipelas pro exemplo afferatur. Itaque idem *Galenus lib. 1. prorrh. sect. 1. comm.* 11 universali sermone ait: *Quæcunq; tubercula aut pustulæ, ex imo ad cutem enata, recurrerunt, onium gravissima sunt.* Partes enim externæ internis sunt ignobiliores, sicut infimæ superioribus. Et optima est transmutatio materiæ aut morbi à

parti

artibus internis ad externas, ut à summis d infimas. *Jacobus Hollerius & Joh. Heurnius comm. in aphor. 25. cap. 6. Hippocr.*

Tertius, quoniam materia recurrens d fontem suum (quæ propria palindrome dici potest) ibi phlogosin & empyreuma reperit, facilem scilicet apparatum d incendium novum, majori vi, quàm rius excitandum. Significare quoque potest irritum materiæ impetum, quem *alenus lib. 1. prorrh. comm. 61.* ὁρμὴν icit, & nonnulli quoque ad signa critia, non decernentia, reducunt. Sic hrenitis nonnunquam incipit, parodibus ortis, mitescere: mox iisdem eanescentibus, ferocior, quàm antea, dditur. Ubi humor recurrens prioris omitis locum reperit adhuc intemperie nbecillitateque laborantem. Dixit erò rectè *Hippocrates aphor. 32. sect. 4.* *Quib⁹ convalescentib⁹ è morbis pars aliqua borat, vel lassitudinem sentit, illic abscessus unt.* Quod observatione frequenti conat in convalescentibus; verùm in moris, qui sunt imperfectè judicati. Quãdoq; nim natura morbos tripliciter judicat:

M Cùm

cùm scilicet partem materiæ excernit, pa[r]tem concoquit, & reliquam in abscessu[m] convertit. Hunc verò prædicit labor, id est, dolor, vel lassitudo partis. Qui-bus ergò morbo defunctis quidpiam do-let, aut ægrotat, aut infirmum manet, ibi fiunt abscessus, quando morbi rel[i]quiæ supersunt, aut æger liberalius se c[i]bo & potu invitavit: undê cacochym[ia] succrescens cum superstite conjuncta. I[t]-postea *sect. ejusdem aphor. 33. Hippocrat[es]* sic loquitur: *Si quæ corporis pars an[te] morbum laboraverit, ibi morbi sedes. Q[ui]* *aphorismus* egregium in se continet *pr[o]-gnosticum. Si quæ ante morbum*, ant[e]-quam aliquis febre, aut alio morbo a[f]-fligi cœperit, *pars laboraverit*, aut lab[o]-re lassata fuerit, *ibi morbi sedes*, eamq[ue] in partem morbus decumbit, & futur[us] est abscessus, in ea, per quem morbus [i]-pse judicabitur: nisi per aliquam excr[e]-tionem, quæ fit vel per urinam, vel sa[n]-gvinis ê naribus profluvium, evacuati fu[e]-rint ejusmodi humores crassi, abscessu[m] facientes.

Dup

Dupliciter poteſt tumor præter natu-
am evaneſcere : vel reſolutione, ſi reſo-
ationis cauſæ omnes concurrant, ut ſunt
umoris tenuitas, partis raritas, circum-
uſi aëris calor, admoti medicamenti po-
entia : vel per palindromen, id eſt, re-
urſum ad interna; quod verò accidit,
el ob materiæ orgaſmum, irrequietam-
ue naturam ; ut ſi ſit ſanguis, ad vaſa;
i bilis, ad partes ſupernas; ſi pituita, ad
entrem & regionem primam : Vel ma-
eria turgens ſæpè naturæ inclinationem
equitur; ſunt enim aliqui, quibus facilè
onfluxus ad ventriculum fiunt; alii, qui-
us ad caput ; alii, quibus ad cor; ſunt
ulierum nonnullæ, quibus facilè mate-
ia vertitur ad uterum: Vel etiam aſtra
irigunt materiam in orgaſmo exiſten-
em; quæ magis hoc quàm illud mem-
rum reſpiciunt.

Non modò fit ex abſceſſu per *decubi-*
um palindrome, ſed & ex abſceſſu per
fluxum; qui enim aëri ſe ſudans expo-
uit, materiæ retroceſſu occiſus eſt; qui
lvi fluxu quoq; ſanabatur, ſi fluxus deſti-

tit, materiâ recurrente, periit; cui etiam pleuritico materia cœperat per sputum evacuari, palindrome factâ, nova pleuritis fuit inducta. Et ut ex *coacis prænotionibus in textu 462.* notum est, *dysenteria, intempestivè suppressa*, materiâ recurrente, palindromen facit; quæ si sit ἁιματώδης, *sanguinea*, ad viscera magis recurrit, cùm hepar vicinum, venæ cavæ situs, & distributio, ac partium respirationi inservientium infirmitas peculiaris id faciat: χολώδης, *biliosa*, ad articulos. Licèt enim bilis suâpte naturâ sursum propter calorem, & substantiæ tenuitatem, feratur, ob acrimoniam tamen ab omnibns partibus, nobilioribus præsertim, rejecta, quàm longissimè fieri potest, propellitur, ac demùm, ubi viscera sunt robusta, in articulis imbecillioribus firmatur, ad quos propter suam tenuitatem facilè penetrat, cùm etiam humoribus pituitosis crassisque eò decumbentibus, misceri pro vehiculo queat.

Ex suppressis hæmorrhoidibus etiam palindromen fieri docuit *Hippocrates sect.*

6. aphor

. aphor. 12. *Diuturnas* curanti hæmorrhoides, *nisi una quæpiam servetur, periculum aquæ inter cutem, vel tabes impendet.* Hoc maximè fieri sanguinis recurrentis culpâ *Jacobus Hollerius comm. in hunc aphor.* ostendit; sanguine namque recurrente ad hepar, & ias, ob multitudinem & crassitiem, intercipiente, ipsius hepatis calor nativus extinguitur, fiuntque hydropes. Et ùm aliquando hepar sit robustius, quod ibi nocet, in pulmones rejicit, undè tabes: aut in latus, undè pleuritides: aut n caput, undè maniæ: aut si aliæ quoque partes interiores sint robustiores, d cutim, undè phagedenæ, lepræ, terminthi, &c.

Palindromen etiam patiebatur ille, ui, (ut *Hippocrates lib. de humor. in fin.* ecenset) *intestinum in dextra parte dolebat, & ubi morbo articulari correptus st, quietior erat; postquam verò hic curatus fuit, magis dolebat.* Id evenisse putat *Gal. comm. in aphor. 46. sect. 2. Hipp. cum olorib. duobus non eundē locū infestantibus,*

minorem major obscurârit. Verùm enim verò hanc *Galeni* interpretationem mult in dubium vocant, cùm *Hippocrates* id quod omnibus doloribus est commune in uno particulari, tanquam rem admirabilem, enarrâsse videatur. Nec *Auctor* de cœci intestini dolore solùm, sed de aliis etiam intestinorum, ut coli, ilei &c. doloribus loquitur, quoniam ex omnibus etiam per minima vasa meatusq; obscuros materia transmitti potest. Ea verò materia potest esse vel tenuis, vel crassa. Tenuis esse potest; siquidem dolor etiam colicus ex causa tenui fit: & præterea materia crassa, tùm agitatione, tùm medicamentis calidis tenuior redditur: imò materia crassa, teste *Hippocrate lib. de plenitud. cap.* 11. transfundat etiam à venis in arterias. Et sic intestinorum dolores in arthritidem converti queunt, cum non in dextra tantùm sed in sinistra etiam parte sita intestina dolent; aborto verò articulari morbo dolores isti quietiores fiunt.

Abscessus jam facti demum non cùm

perm

ericulo, duntaxatac multoties cũ perni-
ie recurrunt, verùm ea quoque ſigna,
uæ aliàs ἀντιδίδοντα dicuntur, quaſi
ebrem rependant, eique opponantur.
Quicqnid ergo futurum abſceſſum, qui
amen non ſequatur, indicat, palindro-
mes ſuſpicionem adfert. Hinc in *coac.*
prænot. text. 145. rectè dixit *Hippocrates:*
Quæ ſigna abſceſſum enuntiant, ſi abſceſſus
non ſequatur, malignum. Non dicit ibi
Hippocrates malum, nec mortale, ſed
malignum, pravi moris eſſe docens, viæ
ſemel inceptæ non inſiſtere; quod etiam
imbecillitati quandoque adſcribitur: ſed
neque ſicquidem minus malum habetur.
Dixit igitur rectè *Hippocrates coac. præn.*
text. 48. *Quæ cum malignis ſignis alleva-*
mentum adferunt, & quæ cum bonis non
remittunt, moleſta ſunt & difficilia. Hoc
eſt: *Quæ cum malignis ſignis allevamen-*
tum adferunt, in acutis nempè febribus
ἄνευ λυτηρίων σημείων, ſine ſignis alle-
vationis, ita ut nec evacuatio aliqua cri-
tica, nec coctio præceſſerit, nec morbus
in leviorem tranſierit; *& quæ non remit-*
tunt

tunt cum bonis, communibus scilicet; quorũ decem bona non tanti sunt, quanti unum partis obsessæ, vel morbi, pravum signum. Ut cum pleuriticus validâ facultate vitali fruitur, sed expectoratio, ex legibus naturæ, non procedit; *molesta sunt & difficilia*, quia immeritò levantur. Sic *Philisc*⁹ visus est tertio die ἄπυρετος, cum urinis nigris sexto interiit. Vid. *aphor.* 17. *sect.* 2. & *Jac. Hollerii comm. in eund.*

Inter signa verò futuri abscessûs semper præcipuum est dolor. Si in parte aliqua dolor valdè urgeat, ibi materiam jam adesse significat, quæ licet abscessum manifestum non extollat, continuum nihilominus solvit, aut intemperiem duntaxat gravem inducit, aliter doloris omnis expers esset. Cùm autem repente dolor cessat, nihil aliud, quàm metastasin materiæ in locum alium monstrat. Cessare verò repentè debet dolor; si enim resolutione evanescat, sensim id fiet. *Sic Larissæ Calvus apud Hippocratem lib.* 3. *epidem. sect.* 3. *ægr.* 5. *cui dextrum femur doluit repentè*, poterat ex dolore futurum

in

a dextro femore abſceſſum conjectare: *rtio die femur dolere deſiit*, ubi, materia ecurrente ad cerebrũ & os ventriculi, *in entis alienationẽ, & turbationem incidit, ultumq; ſe jactavit, quarto ad meridiem eriit.* Ad hunc materiæ recurſum pot-ſt tamen à parte, in qua dolor erat, ad artem nobiliorem, recurſus iterum ſequi parte iſta nobiliore ad externam, ſive er *decubitum*, ſive per *effluxum*. Per *decu-itum*, ut ſi *Calvo*, mentis alienatione cor-epto parotides eveniſſent. Per *effluxum*, t ſi alvum ſolvi, aut urinam copioſam ingi, aut ſudores excitari, aut ſangui-em è naribus fluere accidiſſet.

Non eſt ergò in materia valdè mobili irrequieta deſperandum, ſed inſtandũ, pro viribus innitendum, ſi fortaſſis ad alindromen perniciosam, palindrome tilis conſequi valeat. Interim tamen olores ex monito *Hippocr. lib. 3. prorrh. ext. 75. absq; judicatione ſoluti ſunt in tiles.* *Inutiles* dicimus, cùm nun-uam eſſe poſſint boni; ſed vel mor-em, ſi prava adſint ſigna, portendunt-

vel si desint, morbi diuturnitatem secum afferunt.

Ut autem inter recidivam & palindromen differentia manifestior & clarior evadat, hujus naturam atque essentiam adhuc magis, & quidem methodicè, contemplaturi sumus. Palindromes natura & essentia perspicacior atq; illustrior ex ejus definitione nominali & reali fit. Palindrome derivatur ἀπὸ τȣ̃ πάλιν *rursus*, & verbo inusitato δρέμω, *curro*, hînc παλινδρομέω, *recurro*, *retrocedo*. Idem sonat apud *Latinos* ac *recursus*, *regressus*, *regurgitatio*, *motusve retrogradus*: quas vocis acceptiones omnes nos hic non attendimus, eam saltem nostram facientes, quâ recursum corporis nostri humorum p.n. ad interiora denotat. Et propterea eam sic quoque definimus, vel potius describimus. *Palindrome est corporis nostri humorum p.n. cùm per ejusdem vasa, tùm inania spatia, ad interiora fluxus, impeditum eorundem versus exteriora transitum sequens, variosq; pro humorum regurgitantium, & partium re-*

eipi-

pientium, *conditone*, *affectûs produ-ens*.

Definitionem hanc conſtituunt *genus* & *differentia ſpecifica*. *Genus* exprimit *uxum*, quippe qui & affluxum & re-uxum, tamque ſecundum quàm præter aturam, ſub ſe comprehendit. *Diffe-entia ſpecifica* in ſe 1. *ſubjectum*, partes imirum mittentes & recipientes: 2. *edium*, ſeu vias, per quas motus ille t retrogradus: 3. *cauſas*, humores vi-elicet retrocedentes: 4. *effectus*, mor-os nempe vel ſymptomata indè oriun-a continet.

Subjectum duplex dicimus: vel *à quo*, eu partes mandantes; vel *ad quod*, ſeu artes recipientes. Per *illas* exteriores in-elligimus, non ſtrictè tamen, pro cute c artubus ſolùm ſumptas; ſed latè atq; eſpective, quoque omnibus illis, quæ uovis ſaltem modo partes ſunt exterio-es, ad quas fluxus p. n. fit; quæ au-em ita debent eſſe comparatæ, ut alli-entium humorum curſum ſuſpendere, hibere, & renitentiâ ſuâ invertere va-

leant. Per *has* verò interiores percipi imus nunc cerebrum, nunc cor, nunc pulmones, nunc ventriculum, nunc hepar, nunc lienem, nunc pancreas, nunc renes, & similes; quæ paulò laxiores, aut ex prægresso morbo debiliores factæ, liquoribus reciprocantibus, liberale quidem, ast funestum hospitium præbere, eosq; advenantes promptè admittere, in sui gremium suscipere, ac amplexu simulato, ad ipsarum internecionem, fovere possunt.

Per *medium venas, arterias, nervos spatiaq; inania* exprimimus. Arterias præ primis non negligim⁹. Sicut enim per venas, circulationis lege, sanguis naturaliter refluit: sic per arterias quoque nonnunquam ille præter naturam impeditus & stagnans remeat. Inania spatia partium carnosarum poros earumve cavernas aut spiracula designant. Vasa verò, per quæ contenta feruntur, palindromen accelerare valent, partim, dum immoderatius angu-

nguſtantur, id eſt, dum vel obſtruun-
ur, vel conſtipantur, vel comprimun-
ur, vel coaleſcunt, vel ſubſident, vel
onſtringuntur, & ſic tranſiturorum hu-
norum liberum curſum quaſi ſufflami-
iant; partim etiam, dum plus æquo di-
atantur, & ita humoribus ab ordinario
uo ad exteriora motu impeditis, ad inte-
iora viam quaſi ſternunt & portam ape-
iunt. Sic pariter inania ſpatia, exterius
ive condenſata, ſive conſtricta, interius
utem laxata eandem promovere maximè
alent.

Inter *cauſas*, palindromen efficientes,
ſt *primùm immediata*; hanc humores
leclarant; in quorum ordine primus eſt
Sangvis, in genere peccare præcipuè hîc
oci poſſe viſus 1. ratione *quantitatis*, ſan-
uifera vaſa nimium infarciendo, di-
tendendo ac oppilando; undè ſubſiden-
ia ejus exiſtit, quam ebullitio aliqualis,
& motus inordinatus ſequitur; hînc ali-
s præterea cauſis obſtruentibus acce-
lentibus, ut quo deberet, progredi non
oſſit, in viſcera iterum redundat

ratione *qualitatis*, cum crassus, viscidus, lentus, cacochymicus, aut corruptus, alienisque portionibus scatens, &, sive simul frigidior, facilè coit, aut concrescit, concrescendo subsistit, & subsistendo, sicut in obstructo canali, aqua, antrorsum pergere nescius, retrograditur; sive calidior, exiccatur atque aduritur, volatilioresque partes dissipat, sicque in dicta incommoda incidit; 3. ratione *motûs*, & quidem vel *excessivi*, dum particulis sulphureis & spirituosis, hoc est, promptè inflammabilibus abundans, hinc indè dimovetur, & fibrarum membranacearum vasorum pororumq; ordinem pervertendo, transitum reddit difficilem, atque recursum facilem promovet: vel *defectivi*, dum inflammatu facilibus partibus destitutus, congelationi, stagnationi, necnon ipsi recursui, qui palindrome dicitur, ansam præbet.

Spiritũ animalem, seu liquorẽ nervosum, præternaturaliter etiam, sive formaliter, sive sub auræ cujusdam specie, quâdã quasi factâ reflexione, irradiatione, aut sideratio-

ratione, ut *Willisio* placet, ab extremis ad intimiora, maximè cerebrum recedere, rationibus pluribus perſuadet *Gualterus charleton Exerc. Pathologic* 10 *pag.* 180. *& ſeq.* Quòd viperæ morſu ſauciatis capitis gravedo, oculorum caligo, ſenſuum hebetudo & ſimilia ſymptomata ſuperveniant, efficit venenoſum illius beſtiæ miaſma, liquori præſertim nervoſo immixtum, quod cum eo quaſi vehiculo per nervos in cerebrum revehitur, tamqúe gravibus id ſymptomatibus torquet. Venena namque ſpiritibus animalibus maximè ſunt infenſa, quæ, ſi levi duntaxat contactu, etiam extremam corporis ſuperficiem attigerint, per totũ corpus illicò ſeſe diffundunt, ſupremamque ac regiam regionem, dum ipſa cum dictis ſpiritibus animalibus intrò ſe proripiant, plerumq; petunt. Puer ille epilepticus apud *Galenum lib.* 3. *de loc. affect. cap.* 7. præſentibus expoſuit, ſe percipere à tibia initium capere affectum; illinc enim rectà per femur, & iminentes illi lumbos ac latera, ac cervicem uſque

&

& caput aura quædam quasi frigida simul ascendit. Juveni cuidam epileptico, apud *Joh. Heurnium comm. ad aphor. 7. sect. 5. Hippocr.* à manu repebat quid per humeros in cervicem & caput, mox cadebat. Rei hujus certitudo corroboratur in *Ann. 3. Ephemerid. Curios. Germanic obs. 336.* sub hac enarratione: Domino *Johanni Georgio de Reideburg* ex manu & brachio sinistro velut aura adscendit ad caput. Et *Ann. 6. & 7. obs. 77.* de epilepsia recurrente, à sinistri pedis pollicis læsione orta, rarum quoque exemplum est. Hisce *Willisii* sententiam de particulis elasticis non malè roborari scribit *Georg. Abr. Merclin. loc. citat.* Signum epilepsiæ diagnosticum constituerunt *Francisc. Joel. Med. Pract. tom. 2. lib. 1. sect. 3. cap. 3. Paul. de Sorbait. Med. Pract. tr. 1. cap. 5. Joh. Hisk. Cardilucius Officin. Sanitat. part. 2. cap. 7. Lazarus Riverius prax Medic. lib. 1. cap. 7.* & *Joh. Jonstonus Syntagm. Med. pract. lib. 3. tit. 2. cap. 7. artic. 2.* quod æger venientẽ paroxysmum percipiat, & interdum veluti quandam auram, à partibus inferioribus ad cerebrum ascendentem.

De

De hujusmodi epilepsia ita loquitur *rancifcus de le Boë Sylvius Id. prax. Medic. b. 2. cap 20. pag. 129. Neq; infrequens t epilepticis, non tantùm ex abdomine, ac equentius quidem ex finiftro hypochonrio, quin etiam ab extremis artubus aum quafi, & halitum placidè afcendenm fentire, & tanquam mox fecuturi paoxifmi epileptici fignum prævium ac cerem animadvertere.*

Ex pollice manûs finiftræ aliquando uid acre moveri (fentiente ægro) verfus or cerebrumq; obfervavit *Frid. Deckerus omm in prax. Barbettian. lib. 1. cap. 1.* quo tiam ligato, paroxyfmus retardatus eft onnunquam, imò non femel ab eodem ger liberatus.

Tales & fimiles hiftorias notârunt tiam *Joh. Schenckius lib. 1. de epilepf. obf.* 85. & feq. *Marcellus. Donatus lib. 2. de Medic. hiftor. mirabil. cap.* 4. & alii.

Rei hujus caufas prolixius, & quàm ulchrè. *Thomas Willis Patholog. Cerebri ap.* 6. ac *paffim* explicat, ubi multas egregi obfervationes ac caufas fpafmorum, à ner-

à nervorum extremitatibus ortorum causâ morbificâ ad cerebrum usque regurgitante, indeque in diversas partes prosiliente, proponit.

Semen post ἀκμὴν, seu vigorem corporis excernendum, verùm in corpore diutius retentum, longiori suâ morâ vitium capere, tantoque virulentiorem in utroq; sexu sæpè naturam induere potest, à propria dum desciscit indole, quantò illud in statu suo nativo nobilius atque præstantius est. Undè testante *Mauritio Hoffmanno Prudent. Medic. Disp.* 17 vel unica ejus guttula in sanguineam massam redundans, instar veneni assumpti, eam, sive ad conflagrationem exagitare, sive, sicut pestifera quædam aura ad consistentiam frigidam, imò ferè lethalem, coagulando coërcere valet. Id etiam comprobant tot indè haud infrequenter mirabiles oriundæ afflictiones ut lipothymia, melancholia, mania passio hysterica, &c. quâ postremâ *Crotonienses* Virgines oppressas, cum nullum extaret morbi levamen, in præaltos pu-

teos

os se præcipites dedisse tradit *Petrus* *rinitus lib. 3. de honestat. disciplin.* *ap* 9.

Lac in mammis collectum, ni ex-rnatur abundans, sæpè in sanguinem, caloris illarum proprii, abit, &, sive, elut fieri solet, incongruâ intempesti-âque ceratorum ac emplastrorum nimis stringentium applicatione, sive cum er somnum, tonitrua, terræ motus, morumque strepitus subitò nutrix ex-ergefacta concutitur, ac terretur, sive x casu in mammas, sive ambientis aëris igiditate, nutricisque denudatione in-ropellatur, in massam sanguineam resta-nat, & pro acquisita corruptione va-la, nunc vasorum plenitudinem ac tur-escentiam, nunc immodicam fermenta-onem, & febrem, lacteam ideò dicen-am, aut fermentativam, vel etiam ma-gnam, nunc inflammationes internas, unc alia symptomata invehit. Confer. *homæ Willisii Diatrib. de Febrib.* *ap.* 16.

Serosum illud *sanguinis excrementum*, quod

quod per poros cutisque ſpiracula incon-ſpicua è corpore ſubindè abſcedere ſolet; quotiescunque his modò frigore exter-no, modo naturali quâdam cutis denſita-te, modò aliis de cauſis, conſtrictis, illius-que exitu denegato, retro labitur ſangui-nique rurſum immiſcetur, nullum dubi-um, quin, mole hujus, ceu fermento quo-dam extraneo heterogeneoque, adauctâ ſangvinem inflammare, tumultus in eo ciere, febrilesque fervores concitare pos-ſit; diaphoreſi namque corporis prohi-bitâ, ſeroſus hic latex reſtagnans febres producit: imò in carnes muſculoſas, ce-rebri membranas, nervoſumque genus impetum faciens, capitis gravedini, cory-zæ, catarrho, rheumatiſmo, epilepſiæ, a-poplexiæ, arthritidi, podagræ, aliisq; id genus affectibus ortum & ſcaturiginem præbet, ut nobiſcũ etiam *Gvalterus Char-leton Exercit. pathologic.* 9. *pag.* 124. credit.

Alterum iſtud ſeri purgamentum, *Uri-rinæ* materiam conſtituens, vel à ſan-

nguine in renum parenchymate minus
enè colatum, vel, ureterum principio
bstructo, sive ob renum ipsorum vitium,
ve hærentes ibidem calculos, per eosdem
efluere nescios, per emulgentia vasa sen-
m regurgitat, sæpeq; sanguinis massam
niversam partesque principes colluvie
rosâ inundat ac opprimit, febres etiam
ccendit, & vel cachexiam serosam,
sumve non rarò hydropem, disruptis
er distensionem in hepate præsertim
mphæ ductibus, progignit, & quod ma-
is est, clarum coloreque suo proprio ni-
ens, per vomitum secedit; imò ad ce-
ebrum usque ascendit, atque epilepsi-
m, apoplexiam, convulsiones, cœcita-
em, gravioresque alias noxas, ut nos-
iet ipsi observavimus, inducit. *Vid. homæ VVillisii Patholog. Cerebri cap. 9. : Christoph. Benedicti Theatr. Tabidor. xerc. 19.*

E vesicula fellea Bilis per ductum cho-
dochum in intestinum duodenũ transi-
intercepto, vel ab illius fellis lentore
atque

atque viſciditate, aut aliis variis ipſi adm
ſtis, pituitoſis, craſſis, lentis, glutinoſ
ac crudis, ſeu in ipſa veſicula genitis, ſe
aliundè transmiſſis humoribus; vel à ca
culis, ejusmodi ductum obſtruentibus
vel à vermibus; vel à callo aut glandul
eundem obſidentibus, vel à chylo tan
dem ſpiſſiori in duodeno, bilarium illu
porum obturante. Hiſce, inquimus, d
cauſis, bilis tranſitu ſufflaminato, ve
ſus hepar iſta refluit, ac in ſanguine
redundare cogitur; undè poſtea ipſu
commovet, exagitat, ac efferveſcenti
efferas concitat.

Iisdem ferè de cauſis ſuccus pancre
ticus in ductu ſuo proprio, ad inteſti
num duodenum exporrecto, impedir
ac in glanduloſum ſuum corpus retroc
dere poteſt; ubi illud primò quidem l
xius ac mollius, deindè autem, ex concr
tione, velut ſcirrhoſum atque præduru
redditur. Si verò in univerſum ſang
nem redundet, corpus etiam totum ign
viâ, torpore, ſummâque ad motum in
ptitudine quandoque afficere ſolet. *Gu*

zer

rus *Charleton Exerc. Pathologic. cap.* 9. pg. 127.

Et hi quidem potiores videntur, qui lindromiæ obnoxii ſunt, humores. Si ii adhuc alii ſunt, vel levius, vel quoq; rius eam patiuntur, uti forſan *ſaliva*, è *naribus defluens mucus*, quos igitur cco præterimus pede.

Deindè inter *cauſas*, palindromen fficientes ſunt *mediatæ proximiores*, & ediatæ *remotiores*. *Illæ*, reſpectu me-i per quod, ſunt *vaſa* & *inania ſpatia*, de ibus jam prolixè diximus. *Hæ* ſunt *res aturales*, *nonnaturales*, & *præternatu-ales*.

E naturalibus rebus potiſſimum *tem-eramentum* eſt; ſub quo *ætatem*, *ſexum*, *abitum corporis*, *vitæ genus*, &c. com-rehendimus. Quodlibet verò tempe-mentum palindromiæ obnoxium eſt; romptius tamen hic concurrit, quod à lubriori longius diſtat, & à naturali agis recedit; ac potiſſimum quod obſtru-ionibus atque cruditatibus præ reliquis t expoſitum.

Res

Res non naturales diſtingvimus hîc ii
neceſſarias & *contingentes.* *Neceſſarii*
ſunt: *aer, cibus & potus, ſomnus & vigi-*
liæ, motus & quies, excreta & retenta, atq
animi pathemata. *Contingentes* ſunt
medicamenta & operationes chirurgicæ.
Sicuti verò ſex res non naturales inter
naturales & præternaturales ſunt quaſi
mediæ, hoc eſt, indifferenter ſe habent
& pro uſus utendique modi ratione, ſani-
tatem nunc conſervare, nunc deſtruer
valent: ita eadem de medicamentis, chi-
rurgicisq; operationibus perquam com-
modè dici queunt.

Aër igitur ex rebus non naturalibus
neceſſariis, ſive intrò admiſſus, ſive extr
corpus noſtrum ambiens, peccabit hi
primò, vel ratione *alterationis* inſigni
cum ſcilicet *calidior*, humorum ebullitio
ni eorumque citatiori itui ac reditui an
ſam præbet; *frigidior* fermentationi de
centi, motuique ſpirituum expanſivo
inimicus eſt; hinc humorum incraſſatio
quæ obſtructionum fœcunda mater eſt
oritur; & ex iis incraſſatis, alicubi ſta-
gnantibu

nantibus, & ob ſtagnationem inordina- fermenteſcentibus, facilis ad interio- receſſus datur; nec adeò multum refe- t, num frigidiori, ſicut & calidiori aëri ccitas aut humiditas conjuncta fuerit. *einde aër* ratione *corruptionis* hic pec- bit. Sic impurior, copioſisq; inquina- entis ſtipatus, cruditates, oppilationes, conſequenter humorum recurſum ad teriora cauſabit; ſive quoq; miaſmati- us malignis ac venenoſis infectus; quæ rporis noſtri ſuccis permixta, eos, figen- ac retardando, cor verſus impellunt ncentrantque. Et demùm *tertio* pecca- aër, ratione *agitationis*, vel *excedentis*, l *deficientis*, dum nimirum humorum otus ventis inſalubribus turbatur, vel em neceſſarius impeditur, excernenda- e retinentur.

Alimenta, ut *cibus* & *potus* palindro- en quoque promovent, vel *quantitate*, nimiâ copiâ aſſumpta, vaſa replendo, tendendo, & infarciendo; vel *qualitatū*,

primarum ac ſecundarum exceſſu delin-
quentia, ut, ſi cruda, craſſa, concoct-
difficilia, ſtyptica, indefæcataq; fuerint,
atque indè fermentationes indecentes,
oppilationes, humorumque redundantias
invexerint; vel tandem, ſi *utendi mod-*
pecccaverint; hoc eſt: ſi prioribus non-
dum in ventriculò in chylum mutatis, a-
lia ſtatim ingerantur, aut ea, horâ al-
âs conſuetâ non obſervatâ, ſumantur.

Si *ſomnus & vigiliæ*, quacunque ra-
tione modum excedant, malum porten-
dant, ex *Hippocrate aphor. 2. ſect. 3.* m-
ximè huc quoque conſpirant. *Mot-*
item & Quies ſuum conferunt ſymbolum,
cùm pari fermè paſſu cum prioribus am-
bulent.

Hoc præſtant hîc *Retinenda Excret-*
quòd fortaſſe meatibus vaſorum nimium
depletis, iidem concidant ac ſubſideant,
humoroſaque maſſa ſpirituoſitate priv-
tur, ejusque ſubſtantia ſimul cum mo-
labefactetur, ſequeſtratio in convenien-
tibus locis ſufflaminetur, viſcera debi-
tentur, humoreq; reflectente inundentur.

Exce-

xcernenda verò, vel prorſus *Retenta*, el parcius, quàm par eſt, per loca de-ta dimiſsâ, maximè hic palindromen ficere valent. Et ideò *Joh. Heurnius mm. in aphor. 9. ſect. 5. Hippocrat.* indè el ſolam, vel certè potiſſimam palindro-es cauſam deducit; quippe ſubſiſtentia , non ſecus ac aquæ, ni moveantur, ultifariam, pro varia eorundem natu- ac conditione, corrumpuntur, fervo-m ſæpè concipiunt, hinc indè diva-ntur, tandemque, quà datâ portâ, orſum ire neſcia, retrorſum ruunt.

In palindromes generatione deniq; *Animi* pathemata paginam utramque iam faciunt. Quemadmodum eorum ædam ſanguinem ac ſpiritus à centro l circumferentiam concitare valent; ſic ia eoſdem contrà ab exterioribus ad in-riora revocare, pulſus parvus, extre-orum frigiditas, corporis pallor, &c. t evidenter demonſtrant. In quibus-am pariter confoſſis, *Plinio* teſte, vel enæſectionem maximoperè abhorrenti-us, ſecundum *Anton. Ponz. Sancta.*

Cruz de Imped. Magn. Auxilior. lib. 2. cap. 11. aut nihil ſanguinis, aut nonniſi tenu- iſſimus profluxit; hinc terror Panicus, improviſa conſternatio, pavor, triſtitia, &c. inter hæc poſteriora primas tenent.

Res non naturales contingentes ſunt *Medicamenta Operationesq́ Chirurgicæ.* Per *Medicamenta* nos hic intelligimus medicamenta refrigerantia, repellentia, adſtringentia, intercipientia, ſive empla- ſtrorum, unguentorum aut linimento- rum, ſive epithematum, aut ſuffumigio- rum formâ exterius incongruè admini- ſtrata & adhibita, vel Medici præſcriben- tis imprudenter culpâ, vel ipſius ægroti temerè utentis: item inunctiones pin- gues, aut mercuriales, &c. in externis po- tiſſimum morbis ac vitiis cutaneis ſini- ſtrè, modoq́ue ac tempore indebito in- congruoque uſurpatas. Hæc enim omnia palindromen ita producere, valent, ut ma- teria, quæcunq; tandem ea ſit, exterius vergens, forasq́; eliminanda, verùm me- dicamentorum jam dictorum uſu incau- to erumpere impedita, intusq́; conclu-

ſa

, malignam remorâ ſuâ ſæpius natu-
m induat,ac ebulliens recurrat,parteſq;
obiliores ac præſtantiores, peſſimis æ-
otantium rebus, abominabiles cauſan-
affectiones, infeſtet. Per *operatio-
s* autem *chirurgicas* exprimimus, venæ-
ctionum, revulſionis & derivationis
atiâ, inconveniente tempore ac loco,
ſtitutarum adhibitiones imprudentio-
s, arctiores faſciarum circumductiones,
rtiumque compreſſiones: imò opera-
ones illas omnes, quæ perperam ac in-
nſultè adminiſtratæ, humores foràs
ſceſſuros, præter naturæ voluntatem
circulationis legem, fugare ac retro
gere potentes admodum ſunt.

Palindromes *cauſas mediatas remotio-
s* abſolvunt tandem Res præternatura-
s, ut ſunt *morbus, cauſa morbi & ejus ſym-
omata*; quibus nos, ut res adhuc cla-
or evadat, *Effectus*, aut *Affectus p. n.* indè
roficiſcentes, ſubjungimus. Palindromē
rgò multum concitant partiū interiorū

dolores, narium hæmorrhagiæ, diarrœæ, dysenteriæ, hæmorrhoidum, gonorrhœæ, fluoris muliebris albi, lochiorum ac mensium suppressiones inconvenientes, ex quibus frequentissimè mala multa propullulare solent, uti quivis videre potest apud *Hippocratem lib.* 1. *de morb. mulier. sect.* 5. *aphor.* 57. & *sect.* 66 *aphor.* 12. *Galenum, Jac. Hollerium, Joh. Heurnium, Joh. Liebautium in comm. ad hos aphor. Dan. Sennertum Med. practic. lib.* 4. *part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 11. *Zacut. Lusitanum prax. Medicin. admirand. lib.* 2. *obs.* 100. 101. 102. & 104. *Joh. Langium Epistol. Medicinal. lib.* 2. *epist.* 11. *Anton. Ponz. Sancta-Cruc. de Impedim Magn. Auxil. lib.* 2. *cap.* 8. *Melch. Sebizium Exerc. Medic.* 54. *Christoh. Benedictum Theatr. Tabidor. Exerc.* 5. & alios.

Si in febribus quoque malignis materia morbifica, formâ petechiarum, pustularum, purpurearum ac miliarium item morbillorum, variolarum aliorumque exanthematum, ad cutim, sive cor-

por

ris peripheriam, primum delata, à quali-
nque corporis refrigeratione incauta
isque causis infensis dispareat, inque
nosum redundet genus, lipothymiam
eberrimè, præcordiorum anxietatem,
spirationem difficilem virium prostra-
onem, & innumera ferè mala creat: i-
ò, nisi statim diaphoresi, liberius ex-
tatâ, materia talismodi foràs elimine-
r, mortem ipsam inducet. Sanguis
im malignus, varioque modo corru-
us, robore naturæ, longius semper à
amolientis quicquid sibi molestum, ad
rporis ambitum protrusus, verùm non
vibus injuriis iterum retrusus, partibus
obilioribus labem suam affricare, ea-
m functiones impedire pluresque simi-
s affectiones producere facilè valet. Vid.
ec. *Pancr. Bruno in Notis ad Joh Jessenii*
udicium ex Sanguine, ex venâ sectâ di-
isso, pag. 252.

Ab abscessibus, tumoribus ac inflam-
ationibus, ut erysipelate, herpete, ar-
hritide, bubone, carbunculo, parotidi-
us, cancro, gangræna & sphacelo, vitiis

 cuta-

cutaneis, veluti ſcabie, elephanthiaſi, impetigine, gutta roſacea, maculis hepaticis, ecchymomate & ſimilibus evaneſcentibus introque ruentibus infinita ferê mala intrinſecus exſurgunt. Vix ſanê malum eſt ullum, quod hinc prodire non poſſit; cùm enim pleraque eorum vitia critico quodam naturæ, rectê agentis motu ac molimine fiant, ad univerſale corporis emunctorium quicquid noxiũ ac inutile ſibi ſentit, foràs dimittendo, fieri haud poteſt, quin hoc, ſive ſponte, ſive alia quacunque occaſione, illum ipſum, unde primum venerat, locum repetens, maſſæ ſanguineæ, liquorique nervoſo reaffundatur, naturam, quæ ab ingrato illo hoſpite paulò antè ſeſe liberare operam dedit omnem, denuò aggravet, ac pro materiæ, membrorumque, ad quæ impingit, conditione ac varietate, multifarias adflictiones inferat.

Similia ferê incom̃oda metuenda ſunt à vulneribus, ulceribus, fiſtulis & fonticulis malê tractatis, aut maturius quàm decet ac neceſſe eſt, conſolidatis

prius

-ius videlicet, quàm recrementa atque
-perfluitates ichorosæ ritè fuerint ex-
-rgatæ. Harum etenim consueto e-
-tu occluso, ipsæ subsistunt, stagnant,
-adum invertunt, ac ad interiora re-
-nt viscera: quoniam autem illæ præ-
-rnaturales sunt, præter ordinem na-
-ræ retinentur, & interiora subeunt,
-mptomata quoque omnis generis hor-
-nda producunt.

Si causas hasce præcedentes & ef-
-ctus succedentes ritè consideraverimus,
-aud obscurè palindrome nobis indica-
-tur, & quilibet de ea conjecturam fa-
-lè facere poterit. Sic in genere quam-
-nque evacuandorum humorum sup-
-essionem aut inhibitionem varia in in-
-rioribus symptomata, præprimis per
-nsensum & intervalla adfligentia se-
-untur. In specie verò ex mensium
-ppressione capitis dolor promanat: ex
-doris necessarii cohibitione, febris ori-
-ur: ex scabiei & congenerum ægritu-
-inum efflorescentiarumque cutanearum

ſubita evaneſcentia & repercuſſione pleu-ritis provenit; hinc ex humorum recurſ[u] ad interiora capitis dolores, febres late-rumque dolores ortum trahere queun[t]. Idem etiam de cœteris judicamus, h[â] ſolùm notatâ diſtinctione, quod affect[us] iſte per palindromen productus, pro va-rio humorum recurrentium ſtatu, quali-tate ac quantitate, partiumque, eos rec-cipientium, conditione variet, & nunc m[i]-tius, nunc vehementius adfligat; un[de] quoque humoris afficicientis & partis af-fectæ cognitio deſumi poteſt.

In genere hic quoque de palindrom[e] talem facimus prognoſin: quò, quæ p. n. regurgitant, à ſtatu naturali minus re-cedant, id eſt benigniora, partesque in-teriores, ad quas redundent, ignobilio-res, adeoque ſymptomata remiſſiora ſin[t], eò eventus ſalubrior, tempus brevius, mo-dusque ſolutionis facilior ac celerior ſpe-randus eſt: contra verò, quò eadem [à] ſtatu naturali magis recedant, hoc eſt, vi-tioſiora, aut maligniora, partesque inte-riores, ad quas tranſeant, nobiliores, a[d]-eoqu[e]

oque symptomata intensiora& graviora int, eò quoque eventus magis lethalis, empus longius, solutionisque modus k difficilior & tardior metuendus est.

In specie verò prognosticum palinromes notatu dignum est, quod hunc n modum constituit *Mauritius Hoffnannus prudent. Medic. Disp. 24. Palinromia, seu humorum ebullientium ad ineriora recursus semper periculosus. Relundat enim vel ad cerebrum, vel ad viscera trunci,* &c. atq; omnem rejectaneoum redundantiam, naturæ molestam ac ravem, morborum fieri materiam docet *Gualterus Charleton Exerc. pathologic. 9. ag.* 119. quod *Hippocrates* pariter *sect. 6. phor.* 25. hisce verbis confirmat: *Erysielas foris intro converti, malum.* Et *oac. prænot. text.* 396. sic ait: *Quod si abcessus intrò recurrant, perseverante febre, eque prodeunte sputo, periculum aut moris, aut delirii imminet.* Ubi *Joh. Jonstous in comm.* παλινδρομεῖν esse propriè licit, quando materia in eum locum recurrit, undè secesserat: cujus signum,

 quod

quod febris persistat, vel etiam augeatur, respiratio difficilis evadat, nullum sputum prodeat. Mortis periculum imminet maximè, si parotides, febre manente, evanuerint; undè angina, cataphora, vel strangulatus. Delirium imminet, propter calorem ac fuliginis copiam, aut cerebri cum affecto pulmone sympathiam.

Admodum rara sanè duo sunt illa in palindrome salutaris eventus exempla à *Barthol. Merclino* & *Joh. Widemanno* apud *Gregor. Horstium Oper. Medic. tom.* 2. *lib.* 9. *obs.* 15. *pag.* 447. notata; ubi contrario planè modo natura processit, & ab externis ad interna; ab ignobilioribus ad nobiliores partes materiam superfluam ablegavit, licet in illis non substiterit, sed per os iterum fuerit rejecta.

Sic singularem peculiaremque palindromes, seu potius metastaseos historiam hoc modo recenset *Phil. Salmuthus centur.* 2. *observ. medic.* 49. *Studiosus quidam Theologiæ Heidelbergâ Lipsiam versus, mediâ æstate iter pedibus faci-*

ciens, copiosius in via, ob ingentem tum bibit. Hinc in febrim, & gravissimum capitis dolorem incidit. Materia ad hypochondriũ sinistrum (forn propter vecturam, quam, ob corris infirmitatem, postmodum conucere coactus fuerat) vergit, summum ibi dolorem excitans, qualem rè describit Aëtius de febre illa cum lore iliorum. At materia (agita quidem per purgans, sed non edua) ad cerebrum fertur, & delirin concitat. Inde rursum deorsum ndens, pristinum locum occupat, priinumq; dolorem renovat. Mox suras partes repetentem, alia parabrenitis excipit. Hinc iterum infe, superaq; per vices repetit, donec, r epicrasin factâ materiæ evacuaone, sanitatis tandem restitutio subquitur.

CAPUT XVII.

Recidivarum Signa Diagnostica rimatur.

PRæmissis iis, quæ recidivarum definitionem tàm nominalem, quàm realẽ subjectũ, causas & differentias enucleârũt earũ signa tùm diagnostica tùm prognostica, meritò in medium sunt producenda quæ adeò necessaria videntur, ut iis sublatis, fallax & incertissima evadat etiam curatio. Ὁ ἄριστα γνοὺς, ἄριστα θεραπεύσ *melius cognoscens, melius medetur*, ait *Galenus* Signa namque infallibilibus indiciis ad exactè perdiscendam morbi naturam nos manu ducunt, quâ penitiore investigatione rimatà, & probè illius essentiâ compertâ, scopos & curatrices indicationes illinc extruere, eisque firmiter insistendo, appositis adhibitis remediis, prosperum *morbi* eventum, nobis polliceri viribus incolumibus audemus.

Tanta siquidem inter symptomata & signa intercedit affinitas, ut propi-

quita

uitate similitudineque decepti, multi
ipervacaneum duxerint, ob crimen ταυ-
ϖλογίας, quæ in symptomatum cata-
ogo recensentur, hic etiam repetere, &
c κϱάμβην eandem toties decantare.
anè non tàm realis, quàm rationalis af-
ertur distinctio, neque re ipsâ adeò dis-
ta sunt ambo, quin utrobique ejusdem
nt naturæ, respectu tamen diverso, et-
m diversam rationem subeunt. *Sym*-
tomata enim sunt, quatenus ex iis ri-
hari consvevimus morbos eorundem
ausas effectrices, sive intestinas, sive
assim obvolantes, eaque ad certam suam
riginem, undè dependent, & cujus as-
eclæ dicuntur, ceu ad propria domici-
a, referimus, ut causâ è medio sublatâ,
àm ægritudo, quàm ipsius accidentia, e-
ilio multentur perpetuo. Si verò ea-
lem in considerationem alio prætextu
dhibuerimus, tanquam nimirum indi-
ia, quibus innotescere debeat nobis, sa-
ubri ne sit statu corpus, vel desciverit
b æquali ad intemperatum, aut inter u-
rumque hæreat, an in principio, incre-
men-

mento, vigore aut declinatione sit morbus, inquirimus: palam facimus præsagia num ad salutem vel præcipitium idem sit terminaturus: an denique per exclusionem materiæ peccantis, vel ejusdem decubitum sive depositionem criticè cessaturus, ex iis colligimus; tùm quæ priori respectu symptomata dicebãtur, diversam subeunt denominationem, & non jam symptomata, cùm non ad morbum, ut accidens ad suam substantiam, referantur, verùm signa nomine mutuato nuncupantur.

Ejusmodi verò signa duplicia sunt: *diagnostica*, quæ ad morbi notitiam nos deducunt; & *prognostica*, quæ morbi eventum ostendunt. Primum igitur locum meritò sibi vendicant diagnostica, & imminentem & præsentem morbum indicantia.

Manifesta sunt admodum signa, quæ recidivam prænunciant. Signa namque quinq; recidivam futuram præmonstrantia, recenset *Hippocrates lib de judicationibus*. Sumuntur siquidem vel ex actionibus viventis; vel ex modo judicii; vel ex

signi

nis desumptis ab excretis; vel ex par- morbi; vel ex tempore, quo recessit. Ex ibus qualiter prædicendum, proponen- nunc nostrum erit officium.

Ex parte actionum viventis recidivam ænunciant sequentia signa: oris amari- do, oris exsiccatio, cibi fastidium, spon- neæ lassitudines, inappetentia, per cibos n refici, somnus turbulentus, immodi- vigiliæ, virium jactura.

Egregiè probat hæc *Hippocrates lib. 6. idem. sect. 2. text.* 11. recidivi morbi si- a constituens sitim, oris siccitatem in- avitatemq;, ciborum fastidium, vigilias, mnos turbulentos, corporis totius lassi- dinem, si febris, sine signis judicatoriis, e non critico, evanescat; si post febris scessum urinæ crudæ remaneant, & alia, æ *ibidem* describit. Simili ferè modo *lenus in comm.* ad hunc locum ait: *am cum dixisset in textu antecedente per dicationem imperfectam intus relinqui ateriam; ad demonstrandum, talem mate- am derelinqui, prosequitur præce- nte sententia, ut apponeret signa, quibus,*

quibus & materia derelinqui ostendatur, & futuram esse recidivam. Priorem suam sententiam pariter hisce verbis corroborat *Hippocrates in lib. de judicat. vers.* 78. *Morborum reversionibus tentantur, quibus citra febrem vehementes vigiliæ, aut turbulenti somni adveniunt, aut corporis robur solvitur.* Deindè *sect.* 2. *aphor.* 8. ita differit: *Si à morbo cibum assumens quis non corroboretur, copiosiore alimento corpus uti significatur, quod si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet, quod indiget evacuatione;* quâm etiam, recidivam timens, consulit, ut patet ex *Galen. comm. in aphor.* 12. *sect.* 2. *Hippocrat.* Et si convalescentes cibum prorsus non appetant culpam in morbi reliquias conferunt *Jac. Hollerius, Joh. Liebautius, Joh. Heurnius, Joh. Cunrad. Dietericus comm. in hunc aphor.* quæ impediant, ne natura appetat. Quare evacuatione indigent, ut corpus robur suum recipiat. *Malum* etiam judicat *Hippocrates aphor.* 31. *sect.* 2. *si quis à morbo avidè comedat, & corpus nihil proficiat.*

Signum

Signum labefactatæ naruralis œcomiæ à cacochymia, seu malorum hu-orum copia, & exhaustarum partium idarum, ut recidivi morbi causam cen-*Joh. Heurnius comm. in aphor. jam ci-*. præsertim si quis liberalius se invitet, pique appetentia adsit. Et *in coac. enot. text.* 127. *eos malignè relabi* dicit *Hippocrates, qui ex longa valetudine se re-lligentes, cibum bene sumunt, ac nihil oficiunt.* Sententiam hanc *Hippocratis* ream *Gregor. Horstius* & *Joh. Jonstonus comm.* sic explicant: *Qui ex longis mor-s convalescentes, benè comedunt*, appeti-t, qui per morbum prostratus erat, re-eunte; *& nihil proficiunt*, nullâ videli-et subsequente corporis refectione; *gra-issimè relabuntur*, vel per congestionem, b imbecillitatem facultatis concoquen-s, denuò novâ collectâ materia morbi-ca, vel quòd in corpore vitium aliquod dhuc delitescat, humor scilicet corru-tus, qualitas immoderata, vel aliud uid, cujus ratione cibus assumptus mox orrumpatur.

Hippo-

Hippocratem exactè ſequitur hic *Avicenna fen. 2. lib. 4. tr. 1. cap. 91.* de recidivarum ſignis manifeſtis ita ſcribens: *Et ſignificatur quandoq;, quod erit recidivatio, ex debilitate virtutis, & appetitu languido, & nauſea, & corruptione ſomni, longitudine vigiliarum, & vehementi ſitis; & de illis, quæ ſignificant eam, eſt ut corpus benè recipiat cibum, & non removeatur per ipſum extenuatio.* Hujuſmodi *Avicennæ* opinionem amplectitur, eamque adhuc clarius explicat *Zacutus Luſitanus Medic. princip. hiſtor lib. 1. dub. 39.* ubi recidivam cognoſci futuram aſſerit, ſi morbus ſine evacuatione notabili ceſſavit; ſi criſis fuit imperfecta, aut die critico non ſervata; ſi virtus ægri debilis perſeveret; ſi nauſea adſit, languidus appetitus, diminuta concoctio, ciborum corruptio, hypochondriorum inflatio, ſomnus abolitus, ſitis vehemens, tumor faciei, palpebrarum & aliarum corporis partium; ſi æger ex accepto alimento

alimen-

mento vires non recuperet; si pravo lore sit affectus. Et Recidivam futum sub talismodi signis comprehendit *ulus Zacchias Quæst. Medico-legal. lib. tit. 4 quæst.* 7. Si nimirum æger à prio morbo allevatus quidem videatur, adc tamen aliqua non naturalis caloris vegia & frequentiæ pulsus remanere videtur, si appetentia languida sit adhuc; nauseâ vel vomitu molestetur, vel petentiâ bonâ existente, & ægro nê comedente, corpus nihil profici, sed extenuatio à priori morbo conacta persistat, talis malignè relabitur. em si animo æger: adhuc dejecto sit, remisso; si facies, & palpebræ tumie appareant; si sanorum munia minus ire possit, sed ægrè ambulet, recidiva orbi prioris dici debet. Ea signa loque omnia à *Rhase lib.* 30. *contint. tr.* 1. *cap.* 1. *Avicenna loc. jam egat. Gentili Fulginate Perusino mm in eund.* & ex jurisconsultis *à ota in noviss. part.* 1. *decis.* 701. *num.* ponuntur.

De

De siti patet ex *Galeno lib. 2. de facult. natural. cap. 9.* ubi sic eum differenter percipimus: *Quis porrò non intelligit quod ubi plurima in ventriculo flava bilis continetur, perpetuâ siti urgeatur; intemperato enim ventriculo versus calorem & siccitatem, calidis succis existentibus in illo, vel in partibus occasionatur sitis; vel ob præsentiam dictæ intemperiei; vel quia ventriculus humiditate propria spoliatur per suctionem & attractionem, quàm efficiunt aliæ partes; dum enim aliæ partes nimis calefiunt, ac exsiccantur, cùm priventur humiditate intrinseca in hujus subsidium sugunt à ventriculo humiditatem, ac sic molestum sensum, sitis occasionem in illo efficiunt.* Ex quibus constat quòd immodica sitis recidivam vel ob materiam relictam vel ob intemperiem prænunciet.

Oris exsiccatio immodica continua rec-

cidivam quoque significat *Hippocrates* im *lib 6. epidem, sect. 5. text.* 13. *linguam lotium* significare putat. Ex quo appa-t, quòd os iisdem superabundet humo-bus, quibus urina tingitur, & quibus rpus redundat. Et sic indè rationem eandem insuavitas superveniet, quo-am, ut *Galenus lib. 6. epidem sect. 2 text.* ait, *humiditates, veluti lanæ tincturam gua* in se recipit.

Cibus, ad quem non sequitur restaura-o, recidivam portendit, ex *aphor. 31. sect.* *Hipp.* Ubi *Galenus in comm.* dicit, òd pravos humores redundantes signi-et, ex quorum coinquinamento reliqui ant inutiles, & facultates actionesque je-ris labefactant; qualem doctrinam et-m *Hippocrates lib 4. de morb. lib. de loc. hom. text. 142. & aphor. 31. sect. 2.* do-it. Et si convalescens cibum appetat, largâ manu sumat, nec tamen edendo icquam proficiat, in corporis characte-, colore, carne, actione & motu, malum bitratur *Joh. Liebautius comm. in hunc hor.* idque *triplex*: *duplex* quidem, quod

comm.

comm in aphor.8 sect. hujus exposuit: *unum*, quòd convalescens plus ingerat cibi quàm possit conficere, ideoque ejus dimendam esse copiam: *alterum*, impuritatem subesse in corpore, ideoque opus esse evacuatione: *tertium*, quòd convalescens eò tandem devenit, ut nihil penitus appetat, ex *aphor. 32. sect. hujus Hipp.* Addit & *quartum*, quòd excitato suctionis sensui non sit analogia suctionis, ob vasorum impuritatem, quam omnes carnes respuunt, per *text. 23. sect. 4. lib. 6. epidem. Hipp. Qui calido ventriculo præditi sunt frigidas habent carnes, tenuesq; existunt, conspicuas deniq; eminentesq; venas obtinent, ac iracundiores fiunt.*

Ex redundantibus in corpore humoribus lassitudines spontaneæ secundum *Hippocratem lib. de judicat. & lib. de loc. in hom. sect. 1. vers. 172.* proveniunt. Lassitudines verò spontaneæ recidivam prænunciant; non autem quæ ex exercitio fiunt; de hoc *Hippocrates aphor. 48 sect. 2. & Galenus in comm. ad hunc aphor.* sentiunt: *In omni corporis motu, ubi la-*

re cœperit, *quies ſtatim laſſitudinem ſolvit.* Exercitationis enim laborioſæ medium, ut *Joh. Heurnius in aphor.* hunc commentatur, quies eſt. Laboris illius remiſſio, quæ fit motûs & quietis viciſſitudine, & figuræ mutatione, laſſitudinem contractam levat. In febribus etiam laſſitudines fiunt, ex *aphor.* 31. *ſect.* 4. *Hipp.* tales nimirum, quales ultrò per morbos criticè vel ſymptomaticè oboriuntur. Et ſummum illud Medicinæ decus *Hippocrates aphor.* 5. *ſect.* 2. *laſſitudines ſpontaneas morbos prænunciare* tenet. Cùm enim illæ non ab extrinſeca fiant cauſa, ſed ex redundantibus humoribus, in corpore relictis, ab iis recidiva ſupervenit, quam ſpontanea, ſive ultrò oborta laſſitudo arguit; quæ enim exercitio fit, facile per quietem ſolvitur; ſpontanea verò morbos prænunciat.

Laſſitudinem hanc ultrò obortam *Galenus*, *Jac. Hollerius*, *Joh. Liebautius* *F. Fogerolæus*, *Joh. Heurnius*, *Joh. Cunradus Dietericus* & alii *triplicem* faciunt; inter quas *una* ulceroſa dicitur,

In qua sensio quædam ulceris excitatur: cujus causa est cacochymia, & cruditas pepasmi expers. *Altera* est lassitudo tensiva, quâ corpus distenditur: hujus causa est plethora. *Tertia* lassitudo nominatur phlegmonosa: cujus causa est cacochymia, unâ cum plethora: atque in hac partes tensæ quasi æstu quodam conflagrare videntur. Et ita maximè morbos arguit lassitudo spontanea. Quicquid enim ejus naturæ est, ut cacochymiam, plethoram, vel utramque hanc affectionem significet, illud morbum arguit: cùm verò lassitudo ultrò oborta nacta sit ejusmodi naturam, ut cacochymiam, plethoram, vel utramque affectionem significet; hinc meritò morbos arguit. Si enim humor alieno in loco continetur, parti ei, cui non assimilatur, est molestus. Ibi ergò cunctando fermentescit, carnem erodit, atque hinc ulceris oritur sensio. Si verò sanguine, supra vires, vel vasa, corpus distendatur, in hujusmodi lassitudine ab oppressione virium tremor sequetur, ut *Pythioni lib.3. epidem. sect.*

cont

ntigit, Eſt ergò laſſitudo corporis af-
ſtio, in qua ſi vel minimum quis movea-
r, ſenſio quædam excitatur phlegmo-
oſa, aut ulceroſa, aut tenſiva. Ten-
va plenitudinem; ulceroſa cacochymi-
n; phlegmonoſa verò utramque affe-
ionem ſignificat. Ex his enim pleri-
ue naſcuntur morbi, & conſequenter
iam recidivæ.

Somnum iſtum turbulentum, ut ex *Hippocrate*, *Galeno* & *Avicenna* diximus, perflui permanentes humores in corpo- præternaturales cauſant. Licet enim mnus naturalis ex *Hippocrate lib.6. epi- em ſect. 5. text. 10. Galeno lib. 1. de ſym- om. cauſ. cap. 8. & Ariſtot. lib. de ſomn. & gil. cap. 1.* viſceribus utilis ſit, coctio- es adjuvet, materiam morbificam miti- cet, ſymptomata omnia minuat, vires- ue adaugeat; dum tamen malis inter- rbatur vaporibus, in febribus conti- uis, ex decreto *Hippocratis aphor. 1 ſect.* , lethalis judicatur: *Quo in morbo ſomnus borem facit, mortiferum erit. Quo in orbo*, præſertim acuto, *ſomnus laborem*

& læsionem *facit*, *mortiferum erit*, necisque periculum indicabit, ob humorum intus infestantium, pravitatem & malignitatem, quam ægroti natura evincere nequit. Sic apud *Hippocratem lib. 3. epidem. sect. 3. histor. ægr. 16.* in Thaso *Parius* quidam, febre acutâ, continuâ & ardente correptus, modò à febre liber, modò non liber fuit; nam si quando febris intermitteret, essetque levior repetiit. Ferculis etiam multis vitiosisque usus est. Circa recidivas somnum habuit malum, deliravit urinamque tùm reddidit crassam quidem illam, cæterum turbatam, & malam. Per somnos hujusmodi malos intelligit *Petrus Franciscus Phrygius comm. in histor. epidem. part. 3. ægr. 1.* illos, qui terribilibus imaginationibus sunt pleni, fiuntque tales somni, quando multi vitiosique humores ventriculum gravant ac mordent, præsertim ejus orificium, secundum *Galenum in comm. ad aphor. 24. sect. 3. Hippoc.* quibus fuit æger hic refertus. Fuerunt etiam mali talismodi somni

qui

quia post somnum ægrotus deliravit; mali verò sunt illi somni, qui delirium non sedant, verùm potius excitant, & adeò mali, ut mortem futuram prænuntient, eodem *Hippocrate* dicente *aphor.* . *sect.* 2. In cujus *commentario Galenus* dicit. *Quo tempore aliquid est utilissimum, si præter id, quod nihil prodest, etiam nocet, mortem non sine ratione significat.* Deliravit, affecto capite: minxit urinam malam, quia erat turbida, maximam agitationem denotans, ut aliàs etiam scribit *lib.* 1. *de crisib. cap.* 12. Et licèt hæc urina ad centesimum usque diem fuerit mala, id est, turbida, nulla tamen salutis spes potuit esse. Certum enim judicium, urinis inspectis, mortis aut salutis fit, hoc scilicet medio; si sint bonæ, judicant hominem evasurum, sed acutè ægrotaturum; sin autem pravæ, brevi moriturum; si mediocres, ut neque laudandæ, neque vituperandæ, longiori tempore perduraturum, verùm tandem moriturum; si ergò post longam ægrotationem pravæ appare-

ant, nihil aliud putandum, ægrotantem hunc moriturum.

Debiles ac incautos, ut & melancholicos promptissimè recidivam incurrere ac pati ex *Arnoldo de Villa nova* probat *Petrus Forestus lib. 7. observ. 41. in schol.*

Quibus febres cessant sine signis concoctionis, recidivam in his exspectare oportet, ex *Hippocrate in prognostic.* Non possunt enim humores morbifici convenienter excerni, nisi prius concocti fuerint; ideo quamvis febris cesset, si cruditatis signa appareant, ostendunt tamen materiam morbificam adhuc intus retineri, recidivam effecturam.

Febris ardens cum reversionem facit plerumq; etiam sudorem profundit, præsertim si post reversionem tot diebus, quot prius, detineat. Hippocrates lib. de judicat.

Febres quoq; ardentes recurrere solent: & tum quatuor diebus de se significationem exhibent; deindè exudant; sin minus, die septimo & undecimo, ex *Hippocrate Coac. prænot. text. 136.* Per *febres* hujusmodi *arden-*

rdentes Gregorius Horstius, & Joh. Jonsto-us in comm ad hunc locum intelligunt, uæ maxima ex parte fiunt permixtione nateriæ inæqualis, seu crudæ & pituitosæ um biliosis conjunctæ. *Recidivam illæ acere solent*, quia crisis perfectæ condi-iones, proritatio nimirum, meatuum ibertas, & materiæ præparatio, non semper in his, ut in reliquis adsunt; *& ubi per dies quatuor signa ediderint*, quan-lo nimirum eos dies sine terrificis sym-tomatibus absolvunt; *postea exudant*, non oppressione, quod fit in febrium ini-tiis; non exolutione, quod fit naturâ fa-tiscente morbi diuturnitate, sed inchoa-tâ excretione; sin minus, *die septimo & undecimo* si scilicet talis conatus irri-tus est, idem exspectari die septimo vel undecimo debet.

In febribus potissimum illis etiam pertimescenda est recidiva, in quibus nulla, notatu digna, aut saltem exigua præcessiit evacuatio humoris morbifici per alvum, urinam, aut sudorem & ta-men desinunt, juxta *Galenum lib.* 1. *de dieb.*

dieb. decretor. cap. 1. Si quoque die non critico & infelici evacuatio quæpiam accidat. Hinc sudor die non critico contingens, malus est, ut abundanter *cap.* 66 diximus. Et contrà optimus habetur sudor in copia, qualitate ac excernendi modo, qui die fit judicatorio, & febrem tollit, illo scilicet die, qui suum indicem prænuntium habuit, cum perfecto pepasmo, & qui in quartanariæ & septenariæ periodi paroxysmum cadit, triumphante naturâ, tum in humoris morbifici pepasmo, tùm in meatuum libertate. Reliqui dies suspecti sunt; in illis enim sudores dolorem, morbi longitudinem & recidivam significant, ex *Hippocrate aph.* 36. *sect.* 4. *in coac. prænot. text.* 572. *Joh. Jonstono in comm. ad hunc. textum*, & *Jac. Primirosio Enchirid. Medic. part.* 4.

Exspectanda recidiva venit, *si febres etiam alio die, quam judicatorio desinant* ex *Hippocrate in coac. prænot. text.* 80. *Quibus* ergò *desinunt febres*, nimirum subitò, modò critico, & non sensim more

ore illorum morborum, qui per ſolu-
onem ſenſim finiuntur; *non in diebus*
dicatoriis, non ſcilicet iis diebus, in
ibus natura aliàs morbum evincere
natur, quales ſunt quartanarii ſex,
te vigeſimum febris diem, ſeptenarii
es, à vigeſimo ad quadrageſimum, &
cenarii tres, à quadrageſimo ad cen-
ſimum; *his recidivæ fiunt*, quia ſuper-
es morbi materia, imperfectè victa,
aturæ non poteſt aſſimilari; quam ob
auſam denuò fermenteſcit, & alimen-
ſuâ infectione corrumpit, more cor-
orum impurorum, quæ redduntur de-
eriora, quò magis nutriuntur.

Et febres, quæ neq; diebus criticis,
eq; post apparentes ſolutionis notas,
imittunt, repetere ſolent, ex *Hippo-*
rate coac. prænot. text. 146. *& lib. de ju-*
icat. Febres nimirum, *quæ neq; diebus*
udicatoriis, factâ criſi per naturæ ro-
ur; neque *poſt ſolutionis ſigna* dimiſe-
int, quando ſcilicet ſigna coctionis

ſeſe offerunt, & morbi ſolutionem, ſi[de]
fruſtra indicant; *ſolent repetere*, propte[r]
materiam peccantem ſic ſuperſtitem[,]
ipſum affectum diutius foventem.

Imminent præterea in morbis reci-
divæ, ſi urinæ permaneant tenues, ſub[-]
rubræ, fulvæ craſſæ, returbidæ, ſpiſſæ[,]
ſedimentum ſubrubrum, craſſum & fur[-]
furaceum habentes.

Urinæ tenues & aquoſæ in febribu[s]
ſi diutius durent, viresque ſint debiles, ſ[i]
mortem; ſin validæ, morbi longitudi[-]
nem, recidivam, & abſceſſus in parti[-]
bus internis futuros, vel vel criſin, pe[r]
alvum futuram, prænunciant. Sic fœ[-]
minæ cujusdam apud *Hippocratem*
lib. 2. *epidem.* urinæ fuerunt albæ & a[-]
queæ; & hæc poſtea evaſit dyſenterica,
quòd bilis acris ad ventrem deponeretur.
In morbis verò diuturnis ejusmodi uri-
næ viſcerum obſtructiones indicant, ex
Jac. Primiroſio Enchirid. Medic. part. 4.
In criſibus tales urinæ ſunt ſuſpectæ; re-
cidivæ enim metum incutiunt. Et ſi
poſt criſin peractam urina tenuis diu

red-

reddatur, & parum colorata, recidivam prænunciat. Significat enim naturæ imbecillitatem, quæ concoctiones suas ritè non exerceat; unde novorum excrementorum proventus, ex quibus recidiva expectanda est.

Febris etiam *revertitur, nisi post reversionem die impari dimiserit, & plerumque, si non coctæ fuerint urinæ, neq; alia signa secundum rationem processerint, morbus judicatorio die revertitur, interdum verò his ejusmodi relictis etiam die judicatorio reversionem facit*, juxta *Hippocratem lib. de judicat.*

Rubra & tenuis urina periculum nonnunquam significat; nonnunquam etiam recidivam, & abscessum futurum denotat. Urina verò rubra & simul crassa, morbum longum in febribus renum & hepatis inflammationem significat; & quidem in principio morbi longitudinem, recidivam; in statu autem mortem denunciat.

 Si

Si urina fulva, alba, subsidentiam similem continens, febre deficiente, & sudore accedente, reddita fuerit, eodem die febris reversio speranda est. Ejusmodi vero reversiones quinto die citra periculum judicantur, ex Hippocrate lib. de judicat.

Si judicatione factâ, urina rubra, subsidentiam rubram continens reddita fuerit, his quoq; febris reversio eodem die contingit, ex eaq; pauci servantur, secundum *Eundem lib. jam citat.*

Cum post tenuem crassior urina redditur, signum est coctionis & securitatis: sin autem admodum crassa sit urina, dolorum longitudinem arguit, pravos abscessus, aut relapsus ob humorum pravorum & malignorum permistionem, ac nativi caloris oppressionem. *Jac. Primirosius Enchirid. Medic. part. 4.*

Urina returbida cum sudore morbi re-

reversionem denunciat, ex *Hipocrate co-c. prænot. text.* 582. Per urinam autem turbidam hic exprimit *Joh. Jonstonus in comm.* eam, quæ craſſitudinem habet confuſam. Ejusmodi *urina morbi reversionem* ſignificat cum *ſudore*, quo mediante febris ſoluta eſt. *Recidivam* præſagit; quod excretis per ſudorem humoribus tenuibus, craſſi, quorum abundantiam talis urina arguit, poſt judicationem intus remànſerint.

Sic *denſa & ſpiſſa* pariter *urina febricitanti morbi reverſionem*, aut *ſudorem* portendit, juxta *eundem coac. prænot. text.* 593. *Urina* nimirum *ſpiſſa*, quædam continens divulſa, magnam adhuc ſupereſſe agitationem in corpore, nec planè confectas morbi relinquias oſtendit. Indè *ſudoris* ex materiæ cruditate, & naturæ oppreſſione, *copia*; & *recidivæ metus*, quòd natura totam materiam ſimul coquere non poſſit. *Joh. Jonſtonus in comm. ad hunc textum.*

Sedimentum urinæ ſubrubrũ in febribus recidivam, & morbi longitudinem portendit. Craſſũ verò materiæ cruditatem,

tem, recidivam, morbique longitudinem ſignicat. Furfuracea pariter & ſquamoſa ſedimenta in morbis acutis & febribus peſſima ab *Hippocr. lib. 2. progn. text.* 28. cenſentur, quoniam non recidivam ſolùm denunciant, ſed diutius etiam permanentia humores adeò acres & corruptos indicant, ut veſicam læſerint. Idem in peſte contigiſſe aſſerit *Galenus lib. de cib. bon. & mal. ſucc.* Et ſedimenta laminis ſimilia pejora quidem in morbis ſunt, ſed deteriora furſuracea. *Hippocrates in lib. prænot.*

Futura tandem recidiva erit, ſi parotides & abſceſſus in febribus acutis, continuis & malignis, die non judicatorio, materiâ nondum ſatis concoctâ, & absq; aliis bonis ſignis prorumpant, atque mox evaneſcant, ac intrò recurrant.

Quibus judicationis tempore exorta ad aures tubercula non ſuppurantur, his ſolutis morbi reverſio pro recidivarum ratione ſimili circuitu contingit. In his ad articulos aliquid abſcedere poſſe ſperandum eſt, ex Hippocra-

ocrate lib. de judicat. & lib. 6. epidem. ect. 4. text. 1.

Quæ suboriuntur ulcera ac tuberula, & febres decernere nata sunt, non affuerint, judicationem ipsam ollunt. Quibus verò intus aliquid elinquitur, iis certissimæ & celerrimæ morborum reversiones fiunt. Idem ib. 6. epidem. sect. 3. text. 26.

Quod in pus vertitur, id morbi reversionem non facit. Ipsa namq; maturatio simul & judicationis & excretionis rationem habet. Et ex capitis gravedine & raucedine laborantibus, ferè morborum reversiones non fiunt, ubi febre corripiuntur, xta *Eundem lib. 6. epidem. sect. 3. text. & 7.*

Doctrinam hanc universam sancim reliquit *Hippocrates lib. de judicat.* bi, ut rectè tenet *Cardanus*, recidiim ex dictis eleganter prænunciat; si mirum ex discessu febris infestent vehementer

menter vigiliæ, aut turbulenti somnii, aut totius corporis lassitudo, aut magna debilitas; aut si febris sine signis coctionis, die non judicatorio, remiserit; si urinæ permaneant rubræ, fulvæ, sedimentum rubicundum crassum, furfuraceum habentes; si per parotides & imperfectos abscessus terminatur.

Nos tandem *hoc caput* concludimus duobus his axiomatibus, quæ *Hippocratis* doctrinâ jam adductâ splendidè illustrantur, & in quibus, ceu in duobus aphorismis universalibus, veris ac brevibus, recidivarum signa diagnostica luculenter explicantur; quorũ *primum* est: *In quibus convalescentibus actiones, excrementa, & qualitates plurimum à naturali constitutione evariant, nec ad pristinum statum reducuntur, in his metuenda est recidiva.* *Alterum est: Quicunque ægrotantes perfectam sanitatē nequeunt adipisci, & à paucis rebus juvantur, læduntur verò à plurimis, sunt in periculo recidivæ.*

CA-

CAPUT XIIX.

Signa Recidivarum prognoſtica detegit.

NOn ſufficit Medico cognitis præſentibus ſignis & ſymptomatibus, quæ orbum comitantur, illic tanquam ſcoulo affixum conſiſtere, verùm, ille, uod majoris divinorisque contemplaionis eſt, ad præſagiendum eventum orbi ſeſe accingere, tempus fixum terinationis, & modum prævidere, de eoue præfatus, ſi uſus exigat, certiores grum aut propinquos reddere debet. unc verè *Apollinei* Medicì ſibi vendiaturus eſt, non fallacis arioli, nomen. amam ſibi perpetuam conciliabit, fiem hominum tàm arctè ſibi devinctam abebit, ut inpoſterum ſecuri ſuæ ſeſe udeant tradere fidei & induſtriæ. Ad cutionẽ quoq; probè perficiendam nõ leve æc cognitio præſidiũ afferet, cum explotis ægri virib⁹, habitoq; præfinito mori exitu, diligenti collatione inſtitutâ, quo

quo pacto in victu administrando, libe-
ralior, vel frugalior esse debeat, hoc
duntaxat medio consequetur. De quibus
in *Proëmio librorum prognosticorum Hip-
pocrates* differens, clarè non minus, quàm
disertè, signorum utilitatem, futura in-
pendentia prædicentium explicat. Eo-
dem itaque tramite nos quoque incede-
tes, explicatis abundè iis, quæ præsentes
in recidivarum constitutione adsunt, fu-
turorum ingrediendum censemus callem.

Et ita, quoad usum medicum, & in
ordine ad prognosin, *triplicem* hic dici-
mus recidivam. *Aliam* nominamus
salutarem, ad quam præcedunt signa sa-
lutaria, primùm morbi insultum conco-
mitantia, & in tempore intervalli perma-
nentia. *Aliam* vocamus periculosam
pravamque, dum primum morbi insul-
tum signa prava concomitantur, aut in
intervallo permanent. *Aliam* denique
appellamus perniciosam, cum in insultu
primo perniciosa signa præcesserunt,
aut in intervallo permanent. Pernicio-
sa verò, quæ sine coctionis & solutionis

signi-

nis, nec die critico levant, mortem
licant.

In recidivis igitur, si æger adhuc à prio-
morbo valdè sit debilis, & denuò reci-
t, vix mortem evasurus est. *Franciscus*
l Med. Practic. tom. 5. lib. 1. sect. 4. Et re-
livæ omnes periculosissimæ sunt, quia
es adoriuntur à priore morbo prostra-
, quia convalescentes copiosum ali-
ntum requirunt, recidiva victum te-
em *Joh. Andr. Schmitzius Med. practic.*
g. 203. Quævis enim recidiva, notan-
quoque *Petro Foresto lib. 7. obs. 41. in*
el. convalescentibus superveniens, pe-
ulum minatur, cùm & *Avicenna* rectè
erit *fen. 1. lib. 1. tr. 4. cap. ult.* recidivam
e pejorem radice ipsâ, hoc est, præce-
nte & priore morbo, eò quòd inveniat
tutem debilem ex priori ægritudine.
nc sæva & periculosa est recidiva, ut qui-
n jocosè dicere solitus est, quòd æger
morbo priore tædio afficiatur, ea de
usa, quod rursus dependere debeat
mmos, ministrique molestiores eidem
rum inservire cogantur, adeò ut dif-
ficile

ficile Medicus novum superare morbu
posset; cùm ipsemet in gravibus recidi
vis perplexus sit. Rationem addunt: a
hancce, quod ipsa hæc recidiva victu
tenuem, aut saltem ad tenuitatem v
gentem, similiter & materiæ digesti
nem, oppilationum apertionem, & h
moris peccantis evacuationem requir
quæ omnia virtutem constantem vir
querobustiores exigunt ac postulant: q
cum dejectas & debiles Medicus nunc i
veniat, admodum de curatione sollicit
esse debet. Si enim recidivatio rad
suâ deterior sit, consilium maximè pr
cuum erit, ut in ea non fiat ad curandu
festinatio, donec morbi motus sit ma
festus; nam utplurimum illa sæva c
hoc est, terribilia & periculosa sympt
mata, imò non rarò ipsam mortem infe
Ex priori siquidem morbo ægri vir
jam debilis, novo advenienti, velut pr
strata, succumbat est necesse. Semper v
rò morbus prior venit attendendus, qu
lis nimirum naturæ fuit. Si enim m
bus à principio fuit cum ægrotantis per
c

tantò magis de salute dubitandum e-
n recidiva: ast si à principio non fuit
halis, neq; recidiva erit lethalis; recidi-
quippe redeunt prioribus morbis simi-
; si morbus fuit lethalis, ita recidiva;
minus, neq; recidiva, nisi nova inducta
sa.

Cùm verò virtus recidivantium ægro-
n admodum debilis, major humorum
s nondum dempta, nec prioris morbi
prorsus extincta sit, atq; hinc ea proli-
ægritudines, ut cachexiam, hydropem,
rem hecticam, tabem coxariam, &c. se-
n adferat, ex se recidiva planè tuta non
judicanda, & propterea periculosior
oq; erit ea, quàm primi morbi insultus.
verò recidiva periculosior esse possit,
àm primi morbi insultus, de eo jam no-
a erit disquisitio.

Dubitatur, an semper recidivans in pe-
-i sit conditione, quàm primò ægrotans:
-l an recidiva sit pejor suâ radice. Ex
ippocratis auctoritate *lib. de intern. af-
7.* videtur, quod semper recidivans
pejori sit conditione, cùm dicat:
Mor-

Morbus reversionem faciens magis, quà
ab initio, urget. Hanc *Hippocratis* o
pinionem sequitur etiam *Galenus li*
3. *de crisib. cap.* 2. sic differens: *Quicum*
morbi aliter quieverint, malignius retr
cedunt, &c. Et *lib.* 1. *de dieb. decretor. ca*
1. recidivam timendam in morbis esse d
cit, qui citra excretiones, vel insign
abscessus finiuntur: ubi verbum ill
timere majus aliquod periculum haber
recidivam, quàm morbum antea præex
stentem, importat. Quòd etiam dise
tè fatetur *Avicenna fen* 2. *lib.* 4. *tr.* 1. *ca*
95. in hisce verbis; *Et recidivatio est d*
terior, quàm radix, quoniam malitia.
ægritudo est rediens, & natura seu virt.
est defessa, seu debilis. Hoc verò d
plici modo contingere potest. Accid
nimirum hoc vel quoad intensionem m
jorem fermentationis in causa, aut m
jorem ejus extensionem per plures pa
tes: vel quoad morbi ipsius majorem i
tensionem, aut malignitatem, quæ m
nifestantur ex signis concomitantibus, a
benignioribus præcipuè concurrentib

mperfecta morbi judicatione in primo
ultu; in quâ licet signa prava sint,
e periculum minantur, non tamen ne-
ariò salutis spem aufferunt; de qui-
Galenus lib. 2. prorrh. text. 17. inquit:
pravis igitur simpliciter, & non per-
iosis nosse id duntaxat satis est, si absque
is desierint, redibunt, & non tollent
inem. Inter hæc signa locum habent
na crassa & tenuis, putredo, seu fer-
ntatio non maligna, &c. de quibus
lenus lib. 3. epidem. text. 7. eleganter
ipsit.

Sunt & actiones animales ac vitales
diocriter læsæ, ut ex *Hippocrate lib.*
rognostic. colligitur. Vel signa perni-
a & lethalia sunt, ut urina nigra,
idis, aut plumbea, in actionibus sum-
debilitas, viriumque jactura, ad pe-
delapsus, omnimodo pulsuum inor-
atio, aut ἀσφυξία; de quibus *Ga-*
us lib. 2. prorrh. cap. 19. *lib.* 1. *epidem.*
. 1. *& lib. 2. de crisib. cap.* 14. meminit.
na verò salubriorem statum prænun-
ntia solent & recidivam antecedere;
qua-

qualia signa à *Galeno lib. 3. de crisib.* pr[...]ponuntur. Ex hujusmodi signis concom[...]tantibus, quoad usum medicum, & in o[...]dine ad prognosin, dicitur recidiva *triplex*. *Prima* nominatur salutaris, ad quam pr[...]cedunt signa salutaria, primum morbi i[...]sultum concomitantia, & in tempore i[...]tervalli permanentia. *Altera* salutat[...] periculosa pravave, dum morbi prim[...] insultum prava concomitantur signa, a[...] in intervallo permanent. *Tertia* vocat[...] perniciosa, cum in primo insultu sig[...] perniciosa præcesserunt, aut in interva[...] permanent. Undè *Hippocrates lib.* [...] *prorrh. text.* 17. *Perniciosa* inquit, *quæ* [...] *signis levant, mortem indicant.*

Recidivam verò non posse deterior[...] esse, quàm in radice sua morbum, seque[...]tia suadent argumenta. *Primò*, causa p[...]maria & universalis plus imprimit, qu[...] secundaria & particularis, ex *Aristot.* *lib. 2. physic. cap. 3. Deindè*, in primo m[...]bo jam materia est evacuata, aliàs en[...] morbus non quiesceret; undè recidi[...] cùm minorem arguat causam, levior[...]

prio[...]

ori: & maximè, cùm ob assuetudinem
oris morbi æger morbum facilius fe-
t, minusque ab illo lædatur. *Tertiò*,
m cessat morbi primus insultus, causæ
uciores sunt, à quibus periculum subse-
i possit, quàm in ipso morbi ingressu;
dè securior erit in recidiva morbus.
ntecedens ita probamus. 1. Natura va-
t admodum humorum fermentationi
istere, ac consequenter materiam mor-
icam jam devictam in recidiva devin-
e valebit. 2. Materia morbifica in re-
iva in minori remanet copia, cùm in
mi insultus accessionibus pars illius
nsumpta sit; & consequenter melius
recidiva poterit devinci, ac à na-
a subigi. 3. Materiæ pars, quæ
gis irritavit, in judicatione im-
rfecta fuit evacuata, per quam primus
orbi cessavit insultus; & conse-
enter materiam relictam pauciorem
nigrioremq; melius natura concoquet
vincetq;. 4. Intervalli tempore robora-
r natura, fitque supra causam morbificã

P poten

potentior; & ſic conſequenter ſecurri- us, & minori cum periculo ipſam d... vincere valebit. *Quarto*, intervall... tempore devinci ſubigique poteſt mate- ria, quæ poſt judicationem imperfectam relinquitur, adeò ut recidiva non ſuper- veniat; & licèt ſuperveniat, materia ſa... tem ſubacta eſt, ut recidiva minus ſit pe- riculoſa. Subigi verò & devinci tempo- re intervalli materiam, quæ poſt criſin im- perfectam relinquitur, ita ut nullum reci- divæ periculum immineat, taliſmodi r... tiones dicunt aſſeruntque. Victûs r... tione debitâ poſſe evitari recidivam, du... poſt criſin imperfectam timetur, *Galen...* *lib. 1. de dieb. decretor* docuit Experie... tia deindè quamplurimos morbos in reci- diva debiliores, ob materiam jam dev... ctam, reddi teſtatur. Cum ſignis inſup... perniciofis in primo morbi inſultu *H...* *roſon* apud *Hippocratem lib. 1. epidem.* *ſect. 3. text. 20.* cum urinis nigris liber... tus fuit, quod vix poſſibile videretu... niſi ex materia in tempore intervalli ſu... acta, morbus ſecurior ante recidiva... redd...

redderetur. Et cùm denique ſymptomata, quæ ab *Hippocrate* recidivæ ſupervenisſe referuntur, debiliora fuerint, debilior etiam redit morbus; intervalli ſiquidem tempore ante recidivam materia ſubigitur fitque benignior. *Quintò*, recidivæ tempus ad declinationem magis accedit, in qua ægrum ex vi morbi perire non poſſe *Galenus lib. 3. de criſib.* adfirmavit. Securior ergò morbi pars erit recidiva, quàm primus morbi inſultus.

Ad hæc autem argumenta facilis eſt reſponſio. Ad *primum* igitur reſpondemus. Cauſa univerſalis plus imprimit, quàm particularis, id eſt, univerſalius, non verò intenſius. Nam ſol, verb. gr. quamvis univerſalius agat in hominis ac leonis generatione, non tamen intenſius ac homo, & leo.

Ad *alterum* ita regerimus. Licet neceſſarium ſit concedere, morbi præexiſtentis materiam evacuatam antea fuisſe, ſecundum majorem ſaltem ſui partem, portio tamen illa humoris relicta fovetur, ab ingeſto cibo conſervatur.

 Quare

Quare virtute debili existente, majus ex recidiva periculum impendet. Morbum autem ferendi assuetudo, recidivam minus periculosam efficeret, nisi virtutis obstaret debilitas, quæ symptomatum immanitatem ferre nequit.

Ad *tertium* sic reponimus. Recidivæ pravæ perniciosæque fermentatio deterior supervenit, symptomata intensiora vehementioraque inferens, quæ cum ipsa recidiva coincidunt; materia quippe non ita potuit in tempore intervalli subigi, sicut in benigna & salubri recidiva. Nam in perniciosa recidiva fit, devicto naturali calore, intervallum, humore ad aliam partem transmutato, vel per naturæ debilitatem, non autem ob naturam fermentationi resistere potentem. Ad vires etiam manet comparativè materia morbifica superior; natura enim est defatigata per perniciosa symptomata, per vim morbi, ac per judicationem evacuationemque infidam & imperfectam. In perniciosa præterea recidiva, quam vi-

vis materiæ pars depoſita ſit, natura tamen debilis reſiſtere nequit, quo minus fermentatio intenſior, & cum periculo non minori ſubſequatur. Et demùm in recidiva ſalubri benignaque intervalli tempore, materia ſubigitur, non verô in prava recidiva, in qua in temporis intervallo natura permanet impotens, ut coctionem aggredi non valeat.

Ad *quartum* hæc noſtra erit reſponſio. De recidiva ſalubri *Galenus* ibi loquitur. Experientia quoque hoc in ſalubri recidiva docet, contrarium verò in perniciosa, in qua fermentatio redit intenſior, ut fideliter etiam *Galenus lib. 3. epidem. ſect. 1. text. 8. & lib. 1. prorrh. ſect. 2. text.* 17. monet. Non enim, devictâ causâ morbifica, ſed naturâ devictâ, fit intervallum. *Hieroſon* poſt ea habuit urinas, & dejectiones nigras, cùm ſuccum nigrum pancreaticum expurgaverit, cujus excretiones non ſunt ſigna pernicioſa, qualia habétur evacuationes ſimiles, per quas atra bilis evacuatur:

& ideò materia relicta in illo intervallo aliqualiter ſubigi, & poſtea perfectè concoqui potuit. Tandem ob rationem jam dictam ſymptomata in *Hieroſontis*, recidiva fuerunt benigniora, quoniam recidiva illius non pernicioſa, ſed benigna fuit.

Ad *quintum* tale damus reſponſum. Declinationem attingunt morbi ſalubres; & hinc in illis recidiva benignior eſt; ante declinationem verò morbi pernicioſi & lethales occidunt. Et hæc præcipua videtur ratio, quare recidiva debeat in illis neceſſariò lethalis eſſe, cùm in ultima parte augmenti, aut in ipſo ſtatu ſuperveniat, in quô ægrum de medio tollit, quia morbi pars deterior eſt.

Quando igitur *Avicenna* recidivam radice ſuâ deteriorem eſſe dicit, verba hæc non ſimpliciter ſunt intelligenda, verùm certis egent limitationibus. Quarum *prima* erit. Recidiva vera (quæ reditus eſt, ſimilis morbo præexiſtenti jam curato) ſeu falſa (lapſus in alium

mor-

orbum dissimilem) sive causam habe-
t materiam intra corpus ex imperfecta
risi relictam, sive ex errore, aliundè
ommisso oriatur, tantò suâ radice de-
erior est, quantò hæc in se malignior
uit, & magis exitialis; virtus enim
àm debilis atque dejecta remansit, ut
ovum morbi accessum superare neque-
t. Recidiva verò, cujus radix licet pe-
iculosa sit, ab ea tamen evadunt plu-
res, si debitum observent regimen; si-
nile periculum importat, quàm radix
ua, & amplius paulò, si superveniat
lli, cujus virtus antea fuit prædebilita-
a. Et denique recidiva, quæ secum
ægritudines prolixas, ut cachexiam, hy-
dropem, febrem hecticam, tabem coxa-
riam, &c. adfert, ex se tuta non est.

Altera erit. Stante paritate in
symptomatum sævitia, recidiva, quæ
suæ radici propinquior est, multò peri-
culosior atque deterior est; cum virtu-
te debiliori existante accidat; morbus
enim, virtute debili existente, pericu-
losior est, quàm forti, teste *Avicenna*

fen. 2. lib. 4. tr. 1. cap. 95. de judic. recidiv
vat. cujus mentem intimius *Gentilis Full-*
ginas Perusinus in comm. ad hunc locum,
Vallesius lib. 10. controvers. 3. & *Ludovic.*
Mercatus tom. 1. class. 4. quæst. 202. parti
2. artic. 9. n. 8. exposuerunt.

Tertia erit. Recidiva diu perseverans s
radice suâ deterior est; ab humore nam-
que dependet magis fixo, sævo, maligno,
& qui in præexistente morbo, ob inobe-
dientiam, & rebellionem, à natura invi-
ctus, recidivante morbo, debilibus jam
viribus existentibus, calori coquenti ne-
gotii multum facessit.

Quarta erit. Symptomatum æquali-
tate datâ, recidiva ex indebito regimin
orta, timenda minus, quàm ea, quæ ob
aliquam causam latentem fieri consuevit.
Hæc enim materiam intus magis radi-
catam, firmam ac stabilem obtinet; il-
la verò contrà. Hæc tamen benè sunt
intelligenda; multoties enìm accidit,
recidivam suâ radice minus esse sævam
post fortes siquidem & periculosas fe-
bres

bres aliæ unius diei sæpè contingunt, quæ sponte suâ facilè conquiescunt, cùm ex infausta coctione subortæ sint. Materia quoque recidivæ non rarò valdè minor est, quàm radicis, ac magis edomita, & error aliundè commissus, non est ita insignis.

Ratio, ob quam recidivatio sit deterior, quàm sua radix, hæc est: quoniam malitia seu ægritudo est rediens, & natura seu virtus est defessa, seu debilis; quæ ratio verò admodum sensata est, & in pluribus eam locum habere concedendum; in aliquibus tamen morbis evenit, ut potiori humorum pravorum quantitate absumptâ, & modicâ relictâ, recidiva quidem contingat, priori tamen morbo multò debilior.

Ut verò hæc *Avicennæ* mens de recidiva, quòd scilicet pejor illa sit in sua radice, quàm morbus ipse, omnibus magis magisque innotescat, quatuor axiomata in medium producturi sumus; quorum *primum* est.

In recidiva, quæ vera & legitima est, morbus periculosior existit comparativè ad minus legitimas. Axioma hoc elegans egregiumque probamus ex *Avicenna fen. 2. lib. 4. tr. 1. cap. 95. Et ut eveniat recidivatio ratione regiminis salubrius est, quàm ut eveniat per se cum ratificatione regiminis.* Recidiva legitima provenit ob majorem fermentationis intensionem in causa materiali, ex primo insultu morbi relicta. In illegitima materia morbifica generatur denuò in tempore intervalli, & in recidiva illa incipit fermentescere remissiori fermentatione. Genita quoque denuò materia minus fermentationi resistet, quàm quæ in legitima recidiva relinquitur; quæ cum coctioni sit inepta, cruda relinquitur, & in tempore intervalli devinci nequit.

Recidivantem morbum ex errore in victu redire vehementiorem docet quidem *Galenus lib. 1. de dieb. decretor. cap. 11.* hînc periculosior ex errore in victu erit recidiva illegitima. Verùm enim verò *Galenus* ibi de recidiva legitima loquitur;

tur, ad quam coadjuvat error in victu comparativè ad se ipsam, si sine tali errore superveniret, cum ex errore in victu superaddatur ad causam morbificam, ex morbo antecedente relictam; quod ex errore victus congenitum est: nos verò de ea loquimur, quæ ex solo errore in victu comparativè ad legitimam provenit, quæ fit ex iis, quæ post crisin relinquuntur; in superveniente namque recidiva legitima ex errore victûs, majus periculum esse confirmavit *Hippocrates lib.* 1. *epidem.* in ægro, qui liberaliter cœnavit, & in filia *Philonis*, quæ lautè quoque cœnavit, & recidivante morbo mortui sunt.

Alterum axioma erit. *Recidiva legitima, si in morbi primo insultu salubria fuerint signa, quamvis morbus redeat intensior, benignior est, quàm morbi primus insultus.* Axiomatis hujus veritatem ostendit *Galenus comm. ad aphor.* 29. *sect.* 2. *Hippocrat.* ubi morbum quidem salubrem in statu intensiorem, benigniorem tamen & securiorem esse docet, cùm

in morbo, ex fermentatione orto, provenit. Deindè, eo ipso, quòd signa salubria præcesserint, cùm hæc secundum materiæ concoctionem & elaborationem oriantur, recidiva debet esse securior, in qua & major numerus est partium, quæ coquuntur, ex quibus signa securiora proveniunt; & in illis pariter intensior existit coctio, per quam exuperatur periculum, quod ex partibus fermentativis supervenire deberet. Videtur etiam declinatio, cui proximior est recidiva, securior morbi pars; hînc ipsa recidiva, quæ illi in morbo cum benignis signis approximatur, securior esse debet; licèt morbus sit intensior; non enim periculosior morbus est, quia intensior, sed quia cum malignis symptomatibus sit conjunctus. Et cum signis salutaribus natura semper ad vincendam materiam morbificam potens permanet. Quapropter, quamvis redeat intensior morb⁹, est tamen ille securior, ac magis proximus, ut à natura vincatur. *Confer. Petri Francisci Phrygii comm. in histor. epidem. Hipp. part. 2. ægr. 5.*

Axio-

Axioma *tertium* erit *Recidiva prava, antequam prava præcesserunt signa, periculosior est, quàm morbus in primo ejus insultu.* Axiomatis hujus infallibilitatem *Hippocrates Coac. prænot. text.* 48. hisce verbis comprobavit: *Qui in signis pravis melius habent, quiq; in bonis non proficiunt in melius, difficile habent judicium.* Ubi in ultimo morbi insultu difficultatem ac periculum majus proponit. De pravis etiam recidivis agens *Galenus lib.* 1. *prorrh. sect.* 2. *text.* 17. *morbos solutos cum pravis signis recidivare, sed non tollere hominem* dicit. Ubi recidivæ gravitatem ejusq; periculum exprimit, notans, quòd tamen non tollat hominem; quod nisi periculi maximi ratione non timeretur. Si quoque morbus sit in primo insultu pravus & periculosus ob fermentationem, & symptomata prava, illum concomitantia: si pariter recidiva in augmento aut statu fiat, & hæc etiam sint intensiora, morbus apparere debet periculosior. Periculum autem majus urget, dum vires magis delapsæ sint: verùm

in

in recidiva, ob prava symptomata, vires resolventia, & ob morbum mali moris, â quo trahunt ortum, magis debilitatæ sunt, quam in primo insultu, præprimis si properanter recidiva superveniat, quam ideò periculosiorem in his verbis censet *Avicenna fen. 2. lib. 4. tr. 1. cap. 95. Et deterior recidivatio est illa, quæ est velocior, & est cum virtute debili.* Superveniens ergò recidiva prava deterior esse debet, quàm primus morbi insultus.

Axioma *quartum* erit: *Recidiva legitima perniciosa, antequam præcesserunt perniciosa & lethalia signa, lethalior est, quàm in radice sua morbus.* Axiomatis hujus authoritatem satis *Hippocrates, Galenus & Avicenna* probant illustrantque. *Hippocrates lib. 1. prorrh. sect. 2. text. 17.* sic dicit: *Perniciosa, quæ sine signis levant, mortem indicant.* De *Hermocratis* allevatione infida, post perniciosa signa, agens *Galenus lib. 3. de morb. vulg. sect. 1. text. 8.* hunc in modum eleganter scribit: *Cui etiam hic summatim satis sit dixisse de iis, qui à febre in pravis ægritudinibus*

inibus præter rationem liberantur. Nam uò habere, cum signa præcesserunt exitio-a, commodius videantur, hoc morbum ha-ere perniciosiorem. Ex quo apparet cum majori periculo rediturum.

Et *Avicenna fen.* 1. *lib.* 4. *tr.* 4. *cap.* 20. tem *fen.* 2. *lib.* 4. *tr.* 1. *cap.* 95. de recidi-va hac differit, *quod sit deterior, quàm morbus in sua radice.* In recidiva enim perniciosa primus morbi insultus desinit; aut quia calor naturalis resolvitur & imminuitur; vel quia materia morbifica ab ignobili ad nobiliorem partem transmutatur; vel quia natura convicta conatum apponit ultimum; vel quia devicta cessat ab incepto elaborationis & alterationis materiæ opere; quacunque autem ratione fiat ex dictis allevatio, redit morbus, naturam exuperans, & potentior supra illam. Quoniam deinceps non absque perniciosis signis, qualitas perniciosa venenosaque in corpore reperitur, ex *Galeno lib.* 3. *de loc. affect. cap.* 7. quæ cùm fermentationis intensionem sequatur, & hæc major in recidiva sit, majus debet esse pe-

periculum. Dicit enim *Galenus lib. 3. epidem. sect. 1. text. 8.* quòd ut in parte inflammata remissus calor naturalis ad pus impotens fiat: sic cum signis perniciosis humor fermentescens à debili calore commodè coqui nequit; & hinc in recidiva, in qua calor nativus à præternaturali magis debilitatur, impotentior fit, & morbus magis periculosus. Sic ex *Hippocrate lib. 1. epidem. sect. 3. text. 18. & lib. 3. epidem. sect. 1. ægr. 2. Philiscus & Hermocrates* in recidiva perniciosa morte sublati sunt; quia in illa morbus periculosior factus. Hoc ipsum confirmat *Galenus lib. 1. prorrh. comm. 2. text. 18.* quia enim cum signis pravis, prava & incoctilis est materia morbifica, eaque tempore intervalli subigi nequit, necesse est, ut in recidiva, ob fermentationem intensiorem, omninò in majorem perniciem irruat. Unde *Galenus lib. 3. epidem. sect. 1. text. 8.* ex perniciosa allevatione mortem, ab ignaris non prævisam, subsequi, verbis hisce docet. *Ignorant autem Medico-*

rum

um plerique tales affectiones; lætanturq́ȝ ex eo, quòd ægri melius habere videantur, & si ex perniciosis tùm signis, tùm symtomatibus hoc fuisse contigerit, nescientes hujusmodi affectiones contingere, naturâ ad mortem, & calore nativo ad extinctionem properante. Et ita ex infidis, ac perniciosis allevationibus recidivæ lethales spectantur, deterioresq́ue primo insultu morbi fiunt. Hoc etiam ex *Avicenna* patet, qui cognoscens periculosiorem esse perniciosam recidivam, quàm primum morbi insultum, timet, ne remedia insamentur; undè adhibere illa jubet in intervallo, donec periculum in ea constet. Sic enim *fen.* 1. *lib.* 4. *tr.* 4. *cap.* 20. inquit: *Et consilium quidem est, ut in ea non fiat inceptio ad curandum, donec sit manifestus motus ægritudinis.*

Quænam autem signa ista perniciosa sint, & quibus perniciosa cognoscatur recidiva, nunc etiam videbimus.

Signa

Signa ægrotantium perniciosa dicuntur, quæ naturam esse devictam demonstrant, morbumque inexpugnabilem prænunciant. Talia sunt ex *Hippocrate lib.* 1. *prognostic.* in primo morbi insultu nares acutæ, oculi cavi, lapsa, contractaque tempora, aures acutæ, frigidæ, in angustum deductæ, flexæ; infimis partibus color niger, viridis, aut lividus in facie, oculi lucem fugientes, contra voluntatem lacrymantes; si altero alter fiat minor; si in illis venulæ livent; si palpebræ in somno non conjungantur; si convellantur aut labra, aut nares ex *Hippocrate lib.* 1. *prognostic. text.* 10. 11. 12. 15. 17. 22. 24. & *sect.* 4. *aphor.* 47. Perniciosa quoque sunt signa, quòd æger non audiat, non videat; quòd ad pedes labatur; quòd ungues aut digiti liveant; quòd spiritus sit frigidus; quòd cruribus admodum distractis, aut curvatis jaceat, quòd obliviosa sit respiratio, ex *lib.* 1. *prognostic. text.* 24.

Perniciem etiam ex *Hippocrate aphor.* 1. *sect.* 2. & *aphor.* 69. *sect.* 4. monstrant nervorum distensiones, timores, deliria

sco

nnus, laborem faciens, affectiones so-
niculosæ, & dentium stridores, juxta
. 1. *progn. text.* 21. bilis atra supra, aut
fra in morbi principiis excreta, secun-
m *aphor.* 22. *&* 23. *sect.* 4. dejectiones
vidæ, nigræ, virides, oleaginosæ, ex
. 2. *progn. text.* 21. & 27. lotium ni-
um, crassum, tenue, furfuraceum, la-
inosum, & similia, de quibus in *pror-
heticis, Coacis, Epidemiis & Prognosticis*
leganter abundanter scripsit *Hippocra-
s*, & quæ laconicè his versibus etiam
omplexus est *Titus Lucretius Carus lib.
. de Rerum Natura:*

*Multaq́ præterea mortis tùm signa
dabantur:*
*Perturbata animi mens in mæro-
re, metuq́;*
*Triste supercilium; furiosus voltus,
& acer:*
*Sollicitæ porrò, plenæq́ sonoribus
aures;*
*Creber spiritus, ac ingens, raroq́
coortus;*

Sudo-

Sudorisq; madens per collum splle-
didus humor:
Tenuia sputa, minuta, croci con-
cta colore,
Salsaq́; per fauces raucas vix edi-
tussi.
In manibus verò trahier nervi, &
tremere artus:
A pedibusq́; minutatim succede-
frigus
Non dubitabat: item ad supremu-
deniq́; tempus
Compressæ nares; nasi primoris acu-
men
Tenue, cavati oculi, cava tempor-
frigida pellis,
Duraq; inhorrebat rictum: fron-
tenta meabat.
Nec nimio rigida pòst strati mor-
jacebant.

Ex *Avicennæ* verbis, quod scilicet re-cidiva pejor sit suâ radice, duæ tande-

quæ

æstiones, admodum difficiles propul-
lant; quarum *prima* est. *Si mulier ex*
rtu, aut prægnantia morbum aliquem
ntrahat, decedatq; morbus seu solvatur,
valedixisse videatur intra limites qui-
m partus; sed prope finem: valeat ni-
irum mulier, exeat domo, & alia mune-
a sanorum obeat; deinde, seu elapso ferè,
u non elapso termino partûs, & puerperii,
vertatur morbus, & ille evadat lethalis,
ore recidivæ (quæ semper, amplissimo
ùm Hippocratis, tùm Avicennæ testimo-
io, radice suâ pejor est) ægrumq; in per-
iciem ducat ejusmodi morbus recidivus,
uæritur, an talis mors imputanda sit par-
ui, nec ne?

Quæstionē hanc sub forma casûs propo-
it *Marsil. Cagnatus in libell. de mort caus.*
art. in fin. Respondet ille, quòd, nisi con-
tet advenisse novam causam, exceptioni
ebeat esse locus in hoc casu. In contra-
iam abit sententiam *Paulus Zacchias*
Quæst. Medico-*legal. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7.
cet multum apud eum urgeat Præcepto-
ris

ris ſui autoritas; ratio autem eſt, qu
quemadmodum, ut ipſe ait, difficillim
erit probare, novam cauſam non advem
ſe: ſic facillimum erit probare, adveni
& tamen etſi probari poſſet, nullam acc
ſiſſe cauſam novam, non imputanda eſ
partui, aut abortui ſubſecuta mors, cu
in eo caſu partus, & abortus ſolummo
cauſæ eſſent remotæ, neque ut proxim
operarentur, & ſic in conſideratione m
eſſent habendæ; ipſe namque *Cagna*
partum & prægnantiam morbi poſter
ris reſpectu cauſas eſſe remotiores fatet

Et quamvis accedat nova cauſa, eâ
ventâ, nunquam tamen morbus dici p
eſt ex recidiva contigiſſe. Morbus en
& recidiva unam atque eandem cauſ
habent, cùm ex præcedentis morbi re
quiis recidiva fiat. *Hippocrates ſect.*
aphor. 12. *& lib.* 6. *epidem ſect.* 2. *text.*
Avicenna fen. 2. *lib.* 4. *tr* 4. *cap.* 95. *R*
in tr. de peſte part. ult. partic. 2. *num.* 1.
Undè morbus idem recidivam facere
detur. *Hippocrates in lib. de intern.*
ſect. Morbus enim, inquit, *reverſion*
faciens, magis quàm ab initio urget.

Ex his autem in quæſtione jam pro-
poſita ſic diſtinguere poſſumus; ſi enim
ponimus, quod morbus ſecundus prio-
ris ſit propago & germen, ita ut reci-
divæ nomen mereatur, tunc dubium a-
liquod ex hac quæſtione poſſet inſurge-
re; ſin minus, dubitationi nullus erit
locus; videtur enim in hac quæſtione,
quòd ſecundus morbus fuerit prioris re-
cidiva, & cauſæ originariæ mortis exti-
terint partus & prægnantia; his enim
ablatis, mors non ſucceſſiſſet; & tamen
hoc non difficultatem omnem tolleret,
cum morbi prioris reſpectu partus &
prægnantia cauſæ quidem originariæ ac
proximæ eſſent; ſed poſterioris reſpectu
minimè imò ex eo ipſo; quod in quæ-
ſtione dicimus, hanc fuiſſe ſanatam, vim
omnem efficientis cauſæ, partui, abor-
tui, aut prægnantiæ adimimus, earum-
que cauſarum in mortem futuram influ-
xus omnis ceſſat; & ex neceſſitate, ſi di-
cimus eſſe ſanatam, adveniſſe novam
morbi cauſam concedere debemus. Non
enim id ſanatum dici poteſt, in quo mor-
bi

bi antecedentis reliquiæ adhuc conſer-vantur.

Quoniam verò difficile hic erit ſcire quando nam ſecundus morbus dici debeat novus, aut quando prioris recidiva: monemus recidivæ cognitionem ex quatuor potiſſimum rebus haberi, ex modo ſcilicet ſolutionis prioris morbi, & ægrotantis ſtatu inter unum & alium morbum, ex tempore, quod inter priorem & poſteriorem ægritudinem intercedit, & ex ipſarum ægritudinum ſpecie.

Ex prioris morbi ſolutionis modo conjicimus, an poſterior ſit recidiva, necne; ſi enim morbus prior absque ullâ criſi evacuatione, arte, vel naturâ procuratâ, ſit ſolutus, ſuſpicari poſſumus quod poſterior non ſit ejusdem cauſæ ſoboles, cujus erat prior.

Ex ægrotantis ſtatu ante morbi poſterioris adventum facillimè comprehendimus, an ſit recidiva, nec ne. Si enim æger à morbo priori videatur quidem allevatus, adhuc tamen aliqua caloris non naturalis veſtigia, & pulſu

fr

equentiæ remaneant, si languida adhuc
t appetentia, si nauseâ vel vomitu mole-
etur, vel appetentiâ existente bonâ, &
gro benè comedente, corpus nihil pro-
ciat, sed à priori morbo extenuatio con-
acta persistat, talis malignè relabitur.
Iippocrates Coac prænot. text. 127. Item
animo adhuc æger sit dejecto ac remis-
; si facies & palpebræ appareant tumi-
e; si sanorum munia minus obire pos-
t, verùm ægrè ambulet, prioris morbi
cidiva dici debet. Talia quippè omnia
Rhase lib. 30. *continent. tr.* 1. *cap.* 1. *Avi-
nna loc. jam. citat. cap.* 96. *Rota in no-
iss. part.* 1. *decis.* 701. *n.* 3. ponuntur. Sic
im quis debet esse sanatus, tanquam
nunquam ægrotâsset, & in pristinum
turalemque statum rediisse, ut ex *l.
uod sanatum. ff. de Aedil. edict.* & *Gale-
lib.* 9. *meth. med cap.* 15. *class.* 7. elu-
bit.

Extempore insuper, quod est inter u-
um, & alium morbum assequi etiam
cile nobis erit, sit ne posterior prio-

ris recidiva; quando enim tempus inter medium est paucum, facile suspicari, imm pro certo habere possumus, si cæter consentiant, ultimum morbum prior esse recidivam, ut apud *Ripam in tr. d peste & Rotan. loc. jam allegat.* videre licet morbi siquidem prioris reliquiæ citò re cidivam faciunt. Quòd *Hipp. lib. 2. epi dem. sect. 1. text. 23. & lib. 6. sect. 3. text. 3* Hisce verbis etiam testatur. *Quæ erum pere & febres decernere nata sunt ulcera tubercula, si non affuerint, judicatione ipsam tollunt. Quibus verò intrò sub stunt, certissimas ac celeberrimas morbo recidivas afferunt.* Neque in casibus *Hippocrate* enarratis in *lib. de morb. v gar.* recidivam usque ad duodecimum aut decimum quintum diem protracta comperiemus; licet permanentibus gnis jam recensitis, etiam ultra mens eam protrahi posse non dubitemus; plurimum tamen tanto tempore tard non consuevit.

Ex ægritudinum denique specie cor cere id ipsum possumus; non tamen ex duntaxat, quod morbus posterior sit c

pr

riore speciei ejusdem, cum morbus po-
erior esse possit speciei contrariæ; ut
prior erat febris ardens, quæ morbus
lidus est, posterior poterit esse hy-
rops, qui frigida ægritudo est. Mor-
orum enim nonnulli in dispositiones
ontrarias ægros ducunt, ita docente ex-
erientiâ, ac firmante *Hippocrate lib.2.*
idem. sect. 1. & *Avicennâ loc. jam ci-*
t. cap. 100. Nec solum ea prævalet
æsumptio, quòd subsequens morbus
circò prioris recidiva præsumatur, cùm
dem symptomata hic atque prior habe-
, ut *Rota* suprà *num.* 5. voluit; mor-
us enim subsequens potest esse naturæ
usdem cum priore, ac non eandem ha-
ere causam, & sic non esse prioris re-
diva, quoniam recidiva & morbus u-
am eandemque causam habent. Mor-
us quoque posterior potest esse speciei
ontrariæ cũ præcedente, & tamen prio-
s esse recidiva, cùm ab una eademq; cau-
origínem ambo duxerint.

Etsi satis firma videtur conclusio prior
um posteriori, quæ jam in propatulo

 est,

est, exemplo tamen illa patere potest. V
rum nobis ponamus, ex febre arden
laborantem, hanc ob causam, quòd pl
rimùm, & supra consuetudinem se exe
cuerit; quam fingamus die septimo p
sanguinis hæmorrhagiam ex naribus cr
ticè fuisse sanatum, ac omni ex parte co
valuisse: dehinc ciborum calidorum
su, & vini potu, paucis interjectis di
bus, in eandem febrem ardentem re
dat, hæc quidem non erit prioris recie
va, sed novus omninò morbus erit, e
specie sit idem, diversam siquidem h
bet causam, & ex nova humorum bili
sorum, vel biliosi sanguinis aggregati
ne procreatus erit; prioris enim mor
causam cessâsse demonstrat evacuatio
la critica, & ex illa morbi omnimoda
levatio, & perfecta sanatio: causam ve
novam irrepsisse, errata in victu prob
bunt; dubium enim nullum existit,
iis novam fuisse bilem in corpore agg
gatam, quæ vel propter multitudine
vel propter dispositionem in vasis magn
cordi proximis, fermentescens, novam
brem accenderit. Qu

Quæstionem ergò prædictam ita declaramus ac limitamus. Si causam novam advenisse constet, & æger ex priori morbo perfectè non reconvaluerit, si morbus posterior accedens ejusdem speciei sit cum priore, recidivæ maximam præsumptionē faciet, cæteris adjunctis adminiculis; sin verò sit quidem ejusdē speciei, sed vel causam novam accessisse constet, vel cæteræ conjecturæ desiderentur, non sic temerè in hoc casu, sub quæstionis forma proposito, pronunciandum erit.

Similem ferè in modum casum hunc defendit *Hieron. Perlinus Disp. Med. de morte, causa graviditatis, abortus vel partus sect.* 3. *pag.* 133. 134. & 135. hunc quæstionis cardinem semper observando: *An recidiva in prægnante sit imputanda partui, nec ne?* Ex una parte eam jure non adscribit partui, quoniam mors extra partûs limites evenit, non accersita à partu, & effectus pariter est morbi suborti, partu jam exacto. Ex adverso autem, cum secundus morbus, seu alius, in quem fœmina recidit (aliquando enim nedum secundus, sed tertius, & quartus datur morbus,

de

de quibus omnibus eadem ratio valet) f
ὑποστροφώδης, seu sit recidiva, & ve
uti prioris ægritudinis pars, seu germe
atque propago: ea propter utrique
qualem & unam materiam, origine
atq; causam tribuit, cum recidivus, seu r
vertens, renascens morbus ὑποστροπι
fiat, juxta cum *Hippocratis aphor.* 12. *se*
2. tùm *Galeni in comm. ad hunc aph*
sententiam, ex prioris morbi reliquiis
corpore adhuc hærentibus, ex humo
bus in morbo antecedente, non consu
ptis, ex superstite morbi materia & e
reumate, ex corporis debilitatibus m
gnis: & quemadmodum prioris exa
morbi causam putavit partum, sic & p
sterioris. Rei hujus veritatem ita co
roborat.

Si morbus anterior perfectè sit so
tus, crisi potissimum: cuncta nimiru
symptomata sint extincta, mulieris
ctiones à morbo perfectè viguerint, s
tium, quod inter utrumque morbu
est, multorum sit dierum, morbus
cundus partûs offensionibus seu det
men

mentis non eſt adſcribendus; & eò magis, ſi poſterior ſpecie & ideâ ſit à priori diſſimilis, cauſasque novas in aperto habeat. Vulnerati etenim, qui ſemel Medicorum peritorum judicio tuti & ſecuri ſunt habiti, ſi nimis citò domo exeant, deambulent, vel aliis erroribus morborum concitent, & paulò pòſt moriantur, etiam intra ſpatium quadraginta dierum, non putantur mortui culpâ vulneris & vulnerantis, ex communi jurisconſultorum ſententia, ex ſcitis Medicorum dempta; verùm mors advenienti cauſæ novæ imputatur. Secus autem in hoc caſu erit, ſi proximi ſint morbi (celeritas enim ſecundi morbi, teſte *Avicenna loc. jam citat. cap.* 95. quò major, eò magis morbus recidivæ, & antecedentis ægritudinis naturam ſapit) ſi item paris ideæ & naturæ ambo morbi fuerint; ſi nexu quodam & perpetuitate ſymptomatum juncti, ſintque utrique morbo talia ſymptomata communia & familiaria: imò conditionum harum una multoties ſufficit ad probandum, ab

uno fonte morbos ambos pependisse. ὑποστροφαὶ enim fiunt διὰ τῶν αὐτῶν, id est, modo eodem, typo simili, periodo æquali, symptomatibusq; paribus cū morbo antecedente multotiesq; vel importunâ exacerbatione, eruptione, quæ in loco non fit justo, vel præproperâ excretione.

Summam itaque, & decisionem rei hujus hanc ponit: Si major vis sit ex parte præparationis corporis, præparatioque seu morbi ultimi basis soboles partûs habeatur, morbus secundus, uti prior & radix partui adscribi debet: Si major verò vis existat ex parte τῆς προφάσεως, id est, causæ incidentis, hæc partu insonte prætermisso, culpanda. Probè igitur ad hanc rem dixit *Avicenna fen. 2. lib. 4. tr. 1. cap. 96. Salvior est recidivatio errore regiminis veniens, quàm ut veniat per se cum rectificatione regiminis.* Et salvior est talis recidivatio, cum minus verè recidivationis justæ, & morbi antecedentis, qui ipsius partus effectus & soboles est, naturam sapiat; contrà verò evenit illi recidivationi, quæ sponte & symptomatum

pa-

aritate priorem morbum corporisque mbecillitatem excipit illisque mox ſucce-lit; in morbis enim & læſionibus corpo-is æque culpatur materia, ſeu mate-iæ diſpoſitio, atq́; efficiens principium; nateria namq́ue diſpoſita ſæpè movet: quemadmodum ex adverſo manifeſta, & procatarctica cauſa nonnunquam pariter, cum ingens & valida exiſtit, cogit ſub-ectum, aut parum aut nihil diſpoſitum. Vim materiæ attingens quandoq; *Hipp.* τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα, quaſi nulla cauſa exter-na; ſeu movens deſideretur, ubi aptitu-do materiæ eſt: & eſt illi ſimile, quod ex *Avicenna* notatum eſt. Rem tandem ſuam ſic abſolvit: ſi recidit puerpera, cul-patur partus; ſi incidit, non ita: ut plu-rimum tamen recidit; cum illi ſanitatis loco ſit levior acceſſio; unde ſi non at-tendit, gravatur ſubindè, & in eadem revolvitur.

Cùm verò quæſtio hæc admodum ob-ſcura ſit, multumq́; caliginis habeat me-

ritò tritum illud in Arte Medica axiom hîc obſervamus: *In corpore humano, v. ut in mundo accidunt monſtra, & admi randa, ex peritis in arte noſcenda*: ca nimirum dantur privati, qui non ſub niverſalibus profeſſionis noſtræ præce ptis & theorematibus continentur; hî etiam morborum, & mortis effectu morbi cauſæ nonnunquam ſunt occul & imperſcrutabiles, hoc eſt, non faci agnoſcibiles.

Altera quæſtio erit: *An ex recid va conjectura ſit deſumenda, quod vuln fuerit lethale, & quòd vulneratus ejus cu pâ deceſſerit recidivam?* Quæſtione hanc ex jurisperitis *Farinacæus quæſt.* 12 *n.* 77. movet. Ad hujus autem difficil quæſtionis deciſionem videtur dicendi *triplicem* conſiderari poſſe tàm cæteror morborum, quàm vulnerum remiſſio nem: *unam* quidem veram ac realem *alteram* verô apparentem tantûm, & no veram: *tertiam* veram quidem, aſt no completam, verùm imperfectam. *Pri or* ex naturæ omnimoda victoria ſupr

mor

morbum, ex vera totalique humorum coctione, ac ex robore virtutis caloris naturalis dependet. *Secunda* ex naturæ succumbentia provenit, quæ quoniam defatigata, & à morbo debellata, illius morbi ferociæ jam victa cedens, non amplius cum ipso morbo colluctatur: verùm pugnâ naturæ cum morbo quiescente, symptomata quoque remittuntur: quæ nonnisi ab ea, & in ea fiunt, & ita videtur morbus remitti, cûm tamen indies validior evadat. *Tertia* nascitur ex victoria quidem naturæ ex una parte, quòd aliquam humorum peccantium portionem concoxerit, & morbo superior existat, sed remanente adhuc morbi radice, cum prava qualitate aliqua, quam â principio habuit, quæ de hinc repullulans recidivas facit, & ut plurimum interficit; quia, ut *Avicenna* dixit: *morbus in radice fortis est, & virtus infirmi debilis.* Quando igitur dicitur, quod præsumptionem facere debeat symptomatũ remissio, quod vulnus lethale non fuerit, juxta modum priorem intelligitur de vera-

ra & reali remiſſione, non de ficta & ap-parenti, aut de incompleta & imperfecta: cùm in utraque harum poſteriorum ſub-ſit morbi, ſive vulneris pravitas, quæ per aliquod temporis ſpatium facilè latere, deindè verò ſe prodere poteſt.

His ſic ſe habentibus, in vera ſympto-matum & morbi ipſius remiſſione, morbo ſeu vulnere recrudeſcente, ſemper præ-ſumptio eſſe poterit cauſæ novæ advem-tus: aſt in remiſſione non vera, ſed ap-parenti, non completa, verùm incom-pleta hoc non habet locum; & ideò ſi vulneris ſymptomata remiſerint quidem, at vulnus nunquam ſanationis ſeu conſo-lidationis ſigna commonſtraverit, tunc ſemper militare debet præſumptio, quòd ex vulnere mors excitata ſit, etſi poſt ſymptomatum remiſſionem æger tridu-um, aut majus aliquod tempus extra domum exierit, & ambulaverit, rema-nente tamen ſemper vulneris ſtimulo, quod facilè in tertia ſpecie remiſſionis morbi fieri poteſt. Vide ſis *Pauli Zac-chiæ Quæſt. Medico-legal. lib. 5. tit. 2. quæſt.*

uæst. 10. *Fortunatum Fidelem de Medicorum Relationibus* & alios.

CAPUT XIX.

Recidivarum curationem in genere respicit.

RECidivarum curationem, quæ admodum difficilis videtur, nunc aggredimur; observatâ verò medendi methodo, facilior nobis ea occurret. Hæc suis nititur indicationibus & præsidiorũ materiis. Indicationes in genere consideratæ, non sunt ostensiones, monstrationes, & sicut mercuriales in biviis aut triviis positæ statuæ, quæ, quà eundum sit, in morbi cujusdam curatione, nobis monstrant.

Occurrunt in quocunque ægro res secundum naturam & præter naturam. Secundum naturam res sunt naturalis constitutio, causæ & operationes; hæc sui conservationẽ indicant. Opera ergò semper Medico danda est, ut in ægro, pauxillũ quod est sanitatis, causæ & operationes eusdẽ conserventur. Res præter naturam itidem tres sunt: Morbus, causa ejus & symptomata. Hinc

Hinc non in omni tantùm morbo, sed in recidivis quoque *triplex indicatio* venit observanda: *præservatoria*, *curatoria* & *vitalis*.

Præservatoria est illa præcautio, curandi methodi potissima pars, quam prophylacticam *Galenus lib.* 11. *meth.med. cap.* 2. appellat, quæ tantò præstantior aliis existit, quantò melius est morbos prorsus non sentire, quàm à morbis liberari: hanc illis, qui à morbis infestari solent, summoperè commendat, tùm *lib. de sanitat. tuend. de constitut. art. medic. cap.* 19. *ad Thrasyb. cap.* 30. & 31. tùm *lib. de sang. miss. ferè per totum*, item *lib.* *qui inscribitur Medicus*, & *lib.* 2. *de natural. facult. cap.* 8. appositoque hoc exemplo confirmat. Sicut enim navis gubernatori longè præstantius est, antea, quàm in tempestatem incidat, iter absolvere, quàm periclitatum fluctuatumque à mari evadere; ita multò melius imminentem morbum præcavere, quàm factum curare.

Itaque Medicos satis etiam admo-

n

net, ut morbos, antequam incipiant, vel ſaltem in ipſo ortu arceant, profligent, & antequam vires aſſumant, evincant. Sic enim *lib. de ſang. miſs. cap.* 7. dixit: *Rectè quidem, & ab Hippocrate dictum eſt, quòd illa, quæ præſentibus morbis faceremus, ea multò utilius ac melius, ipſis incipientibus, aut imminentibus, antevertendo faciamus.* Hoc reſpiciens *Demades* quidam apud *Anton. in Meliſs. part.* 1. *ſerm.* 56. dixit: *majorem gratiam deberi Medicis, qui morbum ingruentem arcent, quàm ſi jam præſentem expellerent; magis quippe optandum eſt omninò non pati, quàm à paſſionibus liberari.*

Et *Ammianus Marcellinus in platina dialog.* 3. *valetudinem proſperam retinere omnibus optabilius eſt, quàm recipere pereuntem.* Omnium pulcherrimè *Seneca lib. de tranquillitate cap.* 7. & 8. *Facilius eſt excludere pernicioſa, quàm regere, & non admittere, quam admiſſa moderari; nam cum ſe in poſſeſſione poſuerunt, potentiora rectore fiunt, nec recidi*

ſe,

se, minuive patiuntur. Inprimis finibus hostis arcendus est; nam cum intravit, porr tis se intuit, modum à captivis non accipit

Hanc ergò præservativam Medicinæ partem appellat *Thomas Jordanus phæno men. de peste tr. 3. cap. 1.* προφύλαξιν seu partem Medicinæ defensivam, cui incumbit provincia, prævisis noxiis causis & averruncatis, modos ac vias custodiæ præscribere, quò minus incurramus in morbos, rectâ vitæ lege, eiq; connexarum rerum instituta, quasi præmonet nos, quo pacto venturas effugiamus calamitate. Quemadmodum igitur præstantius utilius q; est hostem procul à finibus arcere quàm ingressum, ubi maximam ferro & igne nostris agris vastitatem intulit, magnis demùm laboribus abigere; ita haud dubiè illa salutis nostræ & providentiæ potissima debet esse cura, ut sicut vitiis quæ tanquam acerrimi hostes animum infestant, ita quoque & morbis, qui vitam auferre minantur, priusquam invadant, arma auferamus, omnem nocendi vim præscindendo, sicuti *Eccl*

ca

p. 18. Sapientiæ nos monet consilium: *Ante languorem adhibe medicinam; lon- enim melius ac facilius morbus declinaur, quàm admissus rejicitur*, ut eleganti ersiculo allegoricè exposuit *Ovidius lib. trist. cap. 7.*

Turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes.

leganter enim dixit *Vegetius*: *Laudailior industria est, quæ incolumitatem tueur, quàm quæ cupit læsa curari.* Etenim, t Q. *Serenus Samonicus* cecinit:

Non semper præsens dolor est sanabilis, ergò
Cura magis prodest venturis obvia morbis.

Causam autem, cur ita fieri debeat, perellè reddit *Seneca loc. jam citat. Quaundam rerum initia in nostra potestate unt, ulteriora nos suâ vi rapiunt, nec reressum relinquunt.*

Indica-

Judicatio igitur *præservatoria* hic rec cidivarum causas solùm respicit, easque tempore intervalli excludit, ut eæ jam imminentes præcaveantur. Deindè indicatio est *curatoria*, quæ Medicinæ pars nobilior habetur, & cujus pars altera prospectrix censetur. Medici siquidem scopus & intentum est, valetudinem bonam, labis expertem, conservare, morbos verò eminus arcere. A sanatione *Græcis* æque ac *Latinis* nomen Medici inditum; hunc ob finem, inventum Deorum, ars hæc dicitur: ea propter instituitur omnis in Medicina deliberatio, illo si frustratus fuerit vanum suscipiet artifex Medicinæ peritus laborem. Indicatio hæc curatoria recidivas legitimis ac convenientibus remediis ex humani corporis palatio eliminat.

Et deniqúe indicatio est *vitalis*, qu de viribus recidivantium ægrorum cùm futuris, tùm præsentibus, in quarum robore maxima salutis spes sita videtur sollicita est. Bonus enim Medicus, recidivis & quibuscunque morbis cc

rand

andis, duo principaliter agenda ſibi proponat oportet, ut nimirum illa, quæ p. n. ſunt, morbum, cauſam & ſymptomata depellat, & vires conſervet. Hæ autem ſunt *duplices, totius & partis.* Vires *totius* indicant ſui conſervationem, per alimenta boni ſucci, facilis concoctionis & diſtributionis: Vires *partis* per medicamenta, ſimilem temperaturam confortandique vim habentia.

CAPUT XX.

Præſervationem à Recidivis oſtendit.

NOn ſurdâ hic præterimus aure, quod plurimum ad præſens noſtrum inſtitutum facere videtur, dari nimirum morbos, quibus providentia, præſervatio, ſive præcautio, magis quàm curatio neceſſaria.

Sic etiam, dum timetur, & imminet recidiva quædam, maximè quoque neceſ-

necessaria est providentia, præservatio sive præcautio; & præprimis aliquid à Medico est agendum. Videtur autem hic negativæ parti adhærere *Hier. Mercurialis comm. in aphor. 12. sect. 2. Hipp.* ipsam ex aphoristica sententia deducens; ita enim inquit: *Itaq; illud potest ex hoc aphorismo dici pro facienda medicina, ut, ubi non videtur crisis perfecta, nihil victus ratio mutetur, sed corpus ægrum in summa custodia teneatur, atq; rursum præparationi & evacuationi humorum peccantium studeatur.*

Opinioni huic favent etiam rationes sequentes. Ex *Hippocratis* sanè sententia, *multa nocent mota, quæ si non moverentur, non nocerent.* Undè in intervalli tempore non videtur movendum. Deinde in intervallo coctionem intendit natura, quæ humoribus commotis interturbaretur; nam, ut *Galenus* docet, quietem desiderat coctio. Et ideò *Hipp.* morbo ad judicationem eunte, melius esse censet quietem habere; cùm autem in tempore intervalli morbus prope judicationem

fi-

t; hinc exerceri non debet aliquod remedium, quod humores interturbet.

Distinguendum hic nobis videtur inter recidivam illegitimam, perniciosam, & legitimam. Dum ergò recidiva timeatur illegitima, à Medico maximè debent exerceri aliqua remedia. Recidiva namq; illegitima provenit aut ex indebito rerum non naturalium usu, qui vitari debet, seu ex indebito victus usu, qui non tantùm temperandus, sed corrigendum simul damnum, quod ex indebito hujusmodi usu supervenit, evacuando nimirum idipsum clysteribus, sive lenientibus aliis medicamentis, quod superfluum aggregatum fuerit. Si quoque recidiva timeatur ex visceris alicujus intemperie, à primo morbo relicta, medicamenta intemperiem auferentia, & roborantia sunt usurpanda, & hæc quidem talia esse debent, quæ causæ imbecillitatis & morbosæ dispositionis reliquiis resistere possunt; ea verò, quæ visceris intemperiem, quæ ægrum afflixit, revocare queant, fugienda.

Quando verò recidiva perniciosa timetur, sola victus ratio ægris est consulen-

fulenda. Eſt enim recidiva perniciosi lethalis, & mortem indicat, uti ex *Hipp-poerate in prorrh.* notum eſt; & hoc mo-do ſaltem, ex *Cornelio Celſo* remedia in-famarentur. Sum̃am inſuper virium de-bilitatem prænunciat recidiva perniciosa, quæ ex remediis magnis omninò ſuccum-bet. Et, ſanguine quoque miſſo, vires concident, ac pharmaco exhibito, humo-ribus motis, ſtatim lethalis recidiva, qu timetur, ſuperveniet. Solâ igitur vi-ctûs ratione magis utendum, dum reci-diva timetur perniciosa.

Quòd ſi verò timeatur recidiva le-gitima ſalutaris, ſanguinis miſſio exer-ceri poteſt; ſalubris ſiquidem ea eſt, & remedia in illa proſunt; & aliquan-do quoque hujusmodi ſanguine miſſo, l vatâ naturâ, id ſecurius continget. etiam in augmento & ſtatu, ſine inte-vallo, morbus permaneret, utilis eſſ ſanguinis miſſio; quod idem in i-tervallo aſſerendum; non enim ſuccur-bit natura in recidiva ſalubri; verum c materiæ multitudinem recidiva conti

gi

t, aliàs non esset salubris, ex *Galeno* *p.2.progn.* levari ideò debet natura per nguinis missionem; quia nimirum le-tâ naturâ, & humore non interturba-, ulterius concoquitur, quod conco-ni est habile.

Et propterea *Galenus lib. de sangu. miss. cap.* 2. dum non est sanguis suffi-enter evacuatus, illius missionem ad-uc post multos dies consulit.

In istius autem recidivæ legitimæ lubrisque intervallo, seu tempore in-ermissionis, in quo timetur illa, pur-atio non est exercenda. De hoc autem xiomate non una eademque Medico-um mens est; alii nobiscum hoc statu-nt; alii contrarium dicunt, rationes ec planè inutiles nec frivolas proferen-es. Recidiva, sicut jam diximus, alia t propria, alia impropria; alia legiti-na, alia illegitima. Supervenit reci-iva ob intemperiem in aliquo viscere, x primo morbo relictam, vel ob inde-itum victùs ordinem, vel quia pars ma-eriæ, morbum committentis, relicta per-

manet,

manet, apta morbum fovere. De h
currit difficultas, non respectu materi
benignæ, ratione cujus morbus facilè is
lubilis est, sed dum ferè incoctilis, & apt
periculosus perniciosusve, atque letha
etiam superveniat insultus; in qua docti
simi quidam viri partem amplectuntur a
firmativam.

Primum enim *Hippocrat. aphor. 9. sec.*
2. corpora impura nutritione lædi dixi
cùm impuri fiant humores; qui ideò ev
cuari petunt; ex eorum quippe redunda
tia morbi & recidivæ superveniunt; cùi
verò hujusmodi humores redundant
impuri cacochymiq; sint; hinc, dum t
metur recidiva, humores evacuari p
tunt.

Deinde, si lassitudo aliqua accidat,
qua morbus timetur, ipsum præcave
monuit *Galenus lib. 4. de sanitat. tuen*
sanguinis missione si sanguis redunde
purgatione, si adsit cacochymia. V
rùm tempore intermissionis ad recic
vam, humoris cacochymi, ex mor
antecedente relicti, ratione, morbus
mett

etur; purgatio ergò debet exerceri.

Tertiò, præſtantiorem eſſe præcau-onem, quâm curationem morbi cen-nt. Evacuato verò humore cacochy-io, in corpore relicto, ex quo recidi-a timetur, morbi inſultus admodùm ericuloſus, & ſæpè lethalis præcavetur; inc jure merito purgatio tentari debet.

Verùm enim verò hujusmodi argu-enta parum ponderis habent facileque lui queunt.

Ad *primum* ergò reſpondemus: Hu-ores redundantes, ex quibus morbus ti-etur, ſi ſint ſanguini impermixti, & ca-ochymi, purgationem indicant. Sed dum nguini ſunt commixti, ſanguinis viti-m in quali ſit, à quo ſanguinis miſſio in-icatur; quod plerumque in humoribus ontingit, dum recidiva timetur, cùm nec eniti ſint à ſanguine ſeparati, nec peracta uerit coctio, per quam ſeparentur.

Ad *alterum* hæc noſtra reſponſio erit: Tempore intermiſſionis, dum recidi-a timetur, humor, ex quo timetur, anguini commixtus eſt, quoniam non-

dum coctus, nondum separatus est, dec nec post recidivam concoquatur, separe tur, & fiat pro purgatione aptus.

Ad *tertium* tale responsum damus per remedium à causa morbifica indica tum, præcautio fit; & quoniam in reci diva humor est sanguini commixtus, quo cum nondum sit cacochymus, ne potest indicari purgatio, nec ideò exer ceri debet.

Partem quocirca negativam nos ma gis sequimur, purgationem tempore in termissionis, in quo recidiva timetur exequendam non esse dicentes.

Non debet igitur pharmaco seligen te materia morbifica evacuari, nisi il us exhibitio sit jam indicata: verùm, dum recidiva timetur, ratione materiæ mor bificæ, intra corpus relictæ, non est ind cata necessariò purgatio; hinc exercer non debet. Non indicatur autem purg tio, nisi dum adsit cacochymia; recid va verò causatur ab humore, modò e dem sanguini commixto, quemadmodu in primo morbi fuit insultu; hinc ver

primo insultu non exercetur purga-
o, cùm non sit indicata; ita nec in
mpore intermissionis exerceri debet.
intervallo namque recidivæ materia
ondum cocta, purgationem nondum
iam indicat, quia ex *Hippocrate aphor.*
2. sect. 1. quæ matura coctaq; sunt, non
uda, medicamento purgante educi ac
overi debent.

Deinde, dum recidiva supervenit,
nguinis missio, non verò purgatio exer-
etur. Eâ namque natura levatur, hu-
ores melius ad statum laudabilem & na-
ralem reducuntur, hoc est, feliciter co-
uuntur; coctione verò eorum peractâ,
ecidivæ etiam ad declinationem optabi-
m perveniunt.

Cum igitur recidiva in intermissio-
is tempore timetur, sanguinis missio po-
us, quàm purgatio est indicata; recidivâ
nim superveniente, sanguinis missio id-
o exercetur, quod à morbo magno
ræsente, ex vitio sanguinis in qualita-
e, seu ex humore vitioso, sanguini com-
nixto, pendente, sit indicata: verum

in tempore intermiſſionis morbus datt
magnus, humoris ejusdem ratione imm
nens; hinc ſi remedium magnum pr
cautorium indicatur, idem eſſe debet,
illud, quod poſtea ab eodem morbo,
eadem cauſa pendente, eodem modo
habente in ordine ad indicandum rem
dium ſui evacuatorium indicatur.

Si purgatio quoque venit exercen
dum recidiva timetur: vel quia mate
eſt concocta, & hoc non, aliàs recid
non timeretur: vel quia turgentia,
urgentia datur, & hoc non; quoniam
caſu loquimur, in quo hæc non accidu
ſed in metu recidivæ præcautionis il
ratione; hinc nulla ratio purgation
exercendi currit.

Materia cæterùm, ex qua recidiva
metur ſalubris, ſanguini commixta, ut
te minus moleſtans, à natura tetin
concoqui & elaborari poteſt ſine nc
mentis, quæ ſubſequi poſſunt ex ſep
tione illius à reliquorum humorum c
ſortio: pharmacum ideò purgans e
beri non debet, à quo materia inter
be

etur, & coctio ejus impediatur.

Non debent denique infamari ars nec remedia, quæ aliis fuerunt præsidio, ex *Cornelio Celso*, *Hippocrate* illo *Latino*; verùm exhibito medicamento purgante, infamatur ars, & remedium; commotâ enim & agitatâ calefactâque materiâ vi cathartici, plerumq; excitatur febris, & recidiva, quæ timetur, postquam humor separatus, cùm à sanguine non coërceatur, statim fermentescit. Propinandum igitur non erit medicamentum purgans, dum recidiva legitima & salutaris timetur.

Dubium tale hîc nobis obtrudi facilè potest. Humor iste, licèt commoveatur agiteturq;, ac accendatur, nullam tamen infert noxam, cùm evacuetur. Verum enim verò talismodi humor pharmaco seligente non potest ex toto evacuari, quin ante ejus exhibitionem sit cacochymus, & à sanguinis commixtione separatus, ut natura simul cum medicamento evacuationi adminiculetur: dum autem recidiva timetur, materiâ non turgente, nec urgente, non est humor cacochymus & separatus, cùm

Separatione nimirum jam factâ, humores crassi ac impuri ex arteriis sanguini venis refluo, immissi, regressum ejus facilè impediunt, ex quo varia obstructionum, ac fermentorum genera nascuntur. Et in febribus malignis, discussâ jam malignitate, morbo, coctâ jam materiâ, ad declinationem vergente, ægro melius habente, si vires ferre possint, fomitem adhuc superstitem, & pravorum humorum reliquias, ne recidiva subsequatur, purgatione funditus eradicat *Guernerus Rolfincius lib. 4. consultat. 8.* Atque hanc doctrinam ex *Joh. Heurnii comm. in aphor.* ... *& 31. sect. 2. Hipp.* desumit.

Cum ergò, quæ in morbis post judicationem, sive crisin imperfectam, relinquuntur, recidivas facere soleant, si aliquid adhuc materiæ vitiosæ adsit, id sensim, & per epicrasin est tollendum, partium intemperies, à morbis relicta, per alterantia sua contraria venit corrigenda, & ex illis principes præ aliis sunt roborandæ.

Si autem vitiosæ materiæ parum adsit, &

& recidivæ metus ferè nullus immineat, a diætâ bonâ est emendanda; ubi corpus studiosè reficiendum alimento humido, & quod concoctu sit facile, ac boni nutrimenti, ovorum nimirum vitellis, jusculis cum pane, pullis, gallinis, caponibus, piscibus saxatilibus, carne tandem hædinâ, vervecinâ, vitulinâ. Aër eligatur purus & serenus. Concoctionem adjuvet somnus. Inunctiones, ventriculum roborantes, ante cibum instituantur, frictiones item, moderatæ deambulationes, balneum aquæ dulcis tepidæ. Ac inprimis omnes diætæ bonæ virtutes, recidivas depellentes, sunt eligendæ; contrà verò omnia diætæ vitia, recidivis faventia, sunt vitanda; sic enim multa possunt præveniri mala, quæ aliàs inevitabilia videntur.

Et quoniam magna in convalescentibus apparet debilitas, ut ea præprimis tollatur, curandum, atque ea, quæ vires roborare possint, exhibenda.

Licèt itaque quæ cordi grata & amica sunt, caloremque innatum augent, his utilia sint; non quævis tamen

sine

ſe habeat eodem modo commixtus, & crudus ac in primo morbi inſultu fuit; hînc quamvis medicamentum exhibeatur, non poteſt tamen ex toto evacuari.

Hæc autem omnia non ſimpliciter & abſolutè, ſed ſecundum quid, & in certo reſpectu intelligimus. Quamvis enim medicamentum purgans non exhibendum eſſe dixerimus, nihil tamen impedit, quin ea, quæ ex morbo imperfectè judicato relicta ſunt, educere Medicus poſſit: imò in iis evacuandis ceſſare non debet; quæ enim poſt judicationē imperfectam reliquuntur, recidivam facere conſueverunt. Verùm medicamentis mitioribus per epicraſin ſolùm operantibus, & nullam humores commovendi, agitandi ac ſcendique vim habentibus, fieri hoc debet: qualia ſunt: Folia ſenæ *Alex.* Rhabarbarum, Agaricus, Tamarindi, Manna, Cremor tartari, Tartarus vitriolatus, Electuar. de tamarindis, lenitivum, Sir. de manna violarum laxativus, roſarum ſolutivus, diaſer. *Andern.* de cichor. cum rhabarb. &c. Et propterea, ſi febrium acu-

acutarum fermentum idoneis remediis restinguatur, & sine crisi perfecta morbus finiatur, materia peccans per vias convenientes, id est, vel per alvum, urinam, sudorem, &c. est educenda, si vel recidivam, vel alia mala præcavere Medici mens sit. Sic apud *Henricum ab Heer lib. obs. Medic. rar. pag.* 82. multi febribus difficilioribus, phlegmone correptis visceribus, implicati, sine ulla crisi morbo liberati sunt, & qui reliquias vel pharmaco validiore, vel epicrasi non ejecerunt, ferè recidivârunt. Et hînc quoque post febrium continuarum remissionem *Thomas Sydenham meth. curand. febr. sect.* 1. *pag.* 35. tempestivum esse putat potionem purgantem exhibere, quæ sedimentum è prægressa fermentatione hîc illîc depositum subducat; quod nisi tempestivè fiat, periculum est, ne in sangvinis massam remigret, ejusdemque febris recidivam conciliet; vel etiam suâ in partibus naturalibus, ad quas amandatum fuit, morâ, in mineram, tenacium deinceps in corpore malorum feracem, abeat.

ſine diſcrimine uſurpanda, ſed ad imbecillitatis cauſam reſpiciendum, atque talia præſertim uſurpanda, quæ cauſæ imbecillitatis & diſpoſitionis morboſæ reliquiis reſiſtere queunt; ea verò, quæ intemperiem, quæ ægrum invaſit, revocare poſſint, cane atque angue pejus vitanda.

CAPUT XXI.

Recidivarum curationem in ſpecie delineat.

MEdicinæ præſtantiſſima pars habetur curatio. Eapropter ἰητρὸς ab *Homero* elogium hoc conſequutus, ut πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων dicatur. Hic verò, quô morbus pernicioſior, cuique nihil gregarium, ſed omnia horrenda & graviſſima ſuperveniant qui quampluriimos immunitati aſſeruerit, amplioribus præmiis & honoribus dignus judicabitur. Hûc accedit, quòd vulgus culpam interneciofis numeroſæ in Deos confer-

re

re ſolita ſit, undè auxilia præſidiaque poſcunt. Et ideo *Chryſes*, ſacerdos *Homericus Apollini* vim depopulatricem tribuit; & qui multis morborum monſtris conficiendis ſtrenuum atque impigrum ſeſe præſtiterit, ſi non Deus, attamen ἡμίθεος habebitur, cùm ſola remedia eo exornentur encomio, ut auxiliatores Θεῶν χεῖρες dicantur. Nos quoque in re ardua conari aliquid decet, ſiquidem rationalis Medici nobis illuſtrem arrogaverimus titulum. Acutè admodum Ariſtoteles *lib. 7. politic. cap.* 13. etiam Medicis imperitis, nonnihil ſugillatis, duo dixit eſſe, in quibus laus benè agendi conſiſtit. *Primùm*, ut propoſitum ac finis agendi rectè ſupponatur: *ſecundum*, ut eas, quæ ad eum finem ferant, actiones, inveniamus; fieri quippè poteſt, ut hæc inter ſe conveniant, nonnunquam etiam diſcrepent: nimirum, ut ſcopus interdum rectè poſitus ſit, ſed in actionibus, quibus illo potiri debeamus, error committitur. Ad finem alias rectè omnia diriguntur;

is tamen perperam positus. In utroque quandoque erratur, ut in Medicina, ubi interdum neque quale aliquid esse oportet, sanum esse corpus rectè perpenditur, neque ad propositum sibi finem opera diriguntur. Oportet autem in artibus & scientiis hæc utraque obtineri, finem, & eas, quæ sunt ad finem, actiones.

Hoc philosophi consilium prudentissimum nobis, recidivarum curationem instituentibus, maximè necessarium videtur, si crimen intentatum effugere velimus. Finis noster agendi hic erit recidivarum sublatio, & sanitatis pristinæ restitutio integra. Ad finem autem actiones ducentes in curatione, seu legitima auxiliorum & remediorum administratione consistent.

Est verò earum curatio admodùm difficilis, & nonnunquam planè nulla. Unde *Avicenna Canon. Medic. lib. 4. sect.* 1 *cap.* 6. cum recidiva pejor sit morbo primitivo, suadet & autor est, ut ad curationem non properetur, donec morbi ratio

tio & indoles manifeſtè noſcatur; quæ utique magnam partem eſt maligna. Præſtat, inquit *Franciſcus Joel Prax. Medic. tom. 5. lib. 1. ſect. 4.* Medicum, honeſtâ excuſatione prætensâ, à recidivarum ejuſmodi curatione abſtinere. Et cùm recidiva, in febribus præſertim, requirat victum tenuem, aut ſaltem ad tenuitatem vergentem, ſimiliter & materiæ digeſtionem, oppilationum apertionem, & humoris peccantis evacuationem, quæ omnia virtutem conſtantem, viresque robuſtiores exigunt ac poſtulant: quas cum dejectas & debiles Medicus nunc inveniat, admodùm de curatione eum eſſe debere ſollicitum, fideliter docuit *Petrus Foreſtus lib. 8. obſ. 41. in ſchol.* Nam impugnare morbum & virtuti fomenta ſubminiſtrare, in recidivis, & debilibus valdè grave eſt. Hînc rectè *Joh. Michael Savonarola in practic.* admonuit, ne in recidivis febrium curandis Medici audaciores eſſent, potiſſimùm in ſolutivis & lenitivis pharmacis exhibendis, ſic ſcribens:

Quando quis post febrem curatam recidivam incurrat, hoc est, de novo in febrem incidat, primo considerandum, antequam ad opus curativum pervenias, ut motum & modum ipsius ægritudinis cognoscas, an talis sit ex causa primitiva, scilicet ex inordinato regimine, an à causa interna. Quare non procedas immediatè ad remediorum multiplicationem; nam si remedia multiplicaveris, & statim solutivum dederis, fueritq; recidiva ex materia prava & occulta, detegetur ejus malitia, & moritur infirmus tuâ culpâ; nam, ut Avicenna ait: Recidiva secundum plurimum est sæva. Melius enim est, ut infirmus absq; tui culpâ moriatur. Vnde meo tempore (inquit idem *Savonarola) accidit Venetiis & Patavii, quòd ex tali prompta, vel potius intempestiva exhibitione medicamenti solutivi*

tivi duo cives egregii mortui sint, qui neq́ bene mortui fortaßè fuissent, absq́ pharmaco exhibito. Et tamen eo momento culpa omnis imputata fuit Medicis, alioqui doctißimis, & in arte sua exercitatißimis. Et ideò cautè recidivam aggredi oportet, neque valdè temerarii debemus esse in ejus curatione: sed cum timore & cautione hæc ipsa curanda erit, eoq́ue magis, si à causa interna orta fuerit; vires etenim hîc plus labascunt, & dejiciuntur, quàm in priore, vel præcedente morbo, cùm tùnc æger adhuc robustus sit, multoq́; magis medicamenta ferre possit.

Hanc etiam ob causam *Arnoldus de Villa nova in Med. practic.* & *Joh. Andr. Schmitzius Med. practic. pag.* 203. suaserunt, ut in validis recidivis potius uteremur cibis medicamentosis & levissimis antidotis, quàm puris medicamentis, vel remediis generosis. Præterea prior etiam jubet, ut frequentes in his fiant frictiones suaves.

Quare

Quare Medici prudentis & ſagacis erit, ut omnia cum proteſtatione periculi in gravioribus recidivis pertractet, ut si remedia ipſa non juverint, tutus à calumnia vulgarium, qui ſine cauſa ſæpius, ac præter meritum, bonos Medicos calumniantur, eſſe poſſit: ne remedia ipſa, quantumvis bona, ac Medicus alioqui doctus, pius ac diligens, infamiæ nota obſcurentur. Sic denique curatio nulla eſt exſpectanda, ubi æger à priori morbo valdè debilis exiſtit, ex aſſertione *Antonii Deuſingii Id. doctrin. de Febrib. diſp.* 10. §. 78.

Cùm autem univerſaliter omnes morbi reverſionem faciant, aut recidivam patiantur: recidiva iſta alia ſit legitima, alia illegitima; alia propria, alia impropria, id eſt, alia ſit ex cauſa primitiva, ex inordinato ſcilicet regimine; alia à cauſa interna, ex materia nimirum prava malignaque, certam atque peculiarem curationem, recidivis quibuſcunque competentem, hîc præſcribere non poſſumus, ſed melius erit, ut

t generalem quandam recidivarum cu-
rationem, quæ tamen legitimis magis
conveniens videatur, præscribamus. E-
am verò remediis violentioribus non ex-
ternabimus, cùm ab omnibus, præser-
tim multis validioribus remediis in re-
cidivarum curatione sit omninò ab-
stinendum, ac semper mitioribus, tùm
alterantibus, tùm purgantibus & cor-
roborantibus inhærendum.

Curationem ejusmodi manifesta-
bunt *indicationes* jam adductæ, *præser-
vatoria* nimirum, *curatoria*, & *vitalis*.
Præservatoria causas recidivarum respi-
cit: *Curatoria* ipsarum curationem in-
tendit: *Vitalis* verò cùm totius corpo-
ris, tùm partium singularum viribus
conservandis & restituendis incumbit.
Assequitur præfixos, per indicationes,
scopos. Medicus tribus illis in Me-
dicorum fano famosissimis instrumen-
tis: Pharmaciâ, Chirurgiâ & Diætâ.
Cùm igitur magis laudetur Medicus,
si crudelissimos hostes, morbos nimirum,
pru-

prudentiâ suâ & virtute medicaminum debellat, hominesque, jam cum morte luctantes, generosè ex Orci faucibus eri pit, quàm si præcepta salubria obtrud & ut canit Poëta:

Cum satur est pleno laudat jeju-
nia ventre;
Et cum nulla premit sitis, est siti-
entibus asper;

diætâ aliquantisper posthabitâ, pharma ciam & chirurgiam ipsam primum aggre di nobis animus est.

CAPUT XXII.

Recidivarum Curationem ex Pharmacia repræsentat.

MEdelæ faciendæ in recidivis omn cardo in alterando evacuandoqu consistet. Ex morbi reliquiis, post cri sin imperfectam, dependens partium in temperies, calida, frigida, humida sicca refrigerantibus, calefacientibu exsi

exſiccantibus & humectantibus eſt corrigenda & mitiganda. Si etiam obſtructio quædam, vel materiæ, vel viarum vitio adſit, ea tollenda eſt. Cauſa recidivarum, cùm naturæ beneficium ſit aſpernata, viis deputatis excludenda, puta alvo, urinâ ſudoribus, &c. Univerſo corpori, & præcipuè cordi, fonti vitæ, ut & cæteris partibus principibus robur addendum, ne lapſis viribus, recidivis ſuccumbant; & cùm pleraque malignitatem quandam præ ſe ferant recidivæ, alexipharmaca non negligenda, quæ laxis junceiſque habenis graſſari minimè patiantur malignitatem, ſeu viribus, cum recidivis de hominnm poſſeſſione depugnantibus, præſidium adferant.

Alterantia in genere, ut & præparantia, per contraria agunt; humorum nimirum qualitates, caloris nativi actioni reſiſtentes, mutant ac in ordinem redigunt. Contrariorum enim contraria ſunt remedia. Obſtacula ſiquidem illa, quæ ineptum ad fluendum reddunt humorem,

morem, ſunt removenda, & qualitate
exceſſivæ omnes domandæ. *Georg. Wolfg. Wedelius de Medicam. facult. cognoſc. & applic. lib. 2. ſect. 1. cap. 1.*

Et hæc alterantia nullo modo â præparantibus differre videntur, niſi hâc ſpeciali intentione, quòd præparantia intuitu evacuationis præſtandæ, ut melior & ex voto fiat, purgationibus præmittantur, hìnc quoq; duo præſtant: 1. alterant: 2. ad excretionem, ſive evacuationem diſponunt. Evacuantia enim & alterantia ſe modificant. Non fieri probè poteſt alteratio, ſi copia vitioſorum humorum obſtet, qui ſui evacuationem, naturâ præeunte, urgent: nec evacuatio, commodè præſtari poteſt, ſi naturæ humorum qualitates ſint impedimento. Undè videtur ipſa experientia præparantia, ſive alterantia ſuggeſſiſſe, ut verb. gr. ponamus ſcabioſum vel melancholicum fruſtra ſumere purgans; ſi verò ipſi digeſtiva è marte, tartaro, aliis aperitivis per dies aliquot demus, melius feliciuſque ſuccedit; & hæc ipſa ſanguinem purificantia ex voto non operantur, niſi humoribus eradicatis. S

Sub quibuscunque ergo remediorum formulis in recidivarum curatione exhibeantur alterantia, in eo præprimis conveniunt, ut ſint calida, frigida, humida & ſicca, item attenuantia, aperientia, deobſtruentia, ſanguinem purificantia, ſpirituoſam, purè volatilem, vel etiam alcalinam naturam habentiâ; quo nomine ſe hodiè maximè commendant Spiritus aperitivus *Penoti*, *Michaelis*, *Schultzbergeri*, ſalis armoniaci urinoſus, c. c. ſulphuris, tartari, ſalis martialis, ſalis coagulatus *Mynſ.* beccabung. naſturt. aquatic. cochlear. trifolii aquatic. Clyſſus antimonii, cremor tartari, Tartarus vitriolatus, Crocus martis aperiens, Cryſtalli martis, Crocus martis aperiens, albus ſaccharin⁹, ruber, niger, Tinctura chalybis, martis *Mynſichti*, aperitiva *Mœbii*, tartari, corallorum, Mixtura ſimplex, Magiſterium martis aperitivum *Mynſ.* &c.

Humoribus poſt criſin imperfectam, relictis ſic præparatis, viisq; reſeratis, *purgantia* ſub pulverum, pilularum, potionũ, decoctorũ, vinorum medicatorũ, &c. for-

formâ sunt adhibenda; quæ pro causarrū varietate variari debent. Sint autem ea benigniora, mitiora, benedicta, amica imò ex parte alimentosa, adeoque nullam noxam post se trahentia, indemnia planè ac innoxia; qualia sunt: Mannæ, Cassia fistula, Rhabarbarum, Aloë, Agaricus, Folia senæ *Alex.* Mechoacanna alba, Gialappa, Turbith album & gummosum, Hermodactyli. Ex compositis cæteris hîc palmam præripiunt Species diagalapii *Mynſ.* Pulvis laxativus vegetabilis *Rolfincii*, Sir. rosarum solutivus, de manna, violarum laxativus, cichor. cum rhabarb. diaser. *Adern.* Electuar. diacatholicum, lenitivum, pulp. cassiæ, confectio passulata *Mynſ.* Extract. rhabarbar. diacartham. fol. sen. angaricum benedictum *Schröd.* Elixir catholicum purgans d. n. Resin. gialapp. rhabarb. agaric. pilulæ de ammoniaco *Quercetani*, microcostinæ *Mindereri*, tartareæ *Bontii* *Schröd.* Contra omnia δραστικά, ut scammoneata, diacrydiata, antimoniata, mercurialia, helleborata, calocynthiac

iaca, & ſimilia, quæ humores commovendi, exagitandi, accedendi, viſcerum principaliorum tonum deſtruendi, calorem nativum infringendi, termina, non ob commotionem ſolùm & humorum flatulentiam, verùm præcipuè quoque ob adjunctam acrimoniam, quâ inteſtina vellicant, inducendi vim habent, evitanda ſunt. Et ſicuti hæc, poſt judicationem imperfectam, humores recidivas efficientes particulis ſuis admodum ſalinis, ſulphureis, acribus & malignis, turbant, imò facilè hypercatharſin excitant, recidivas ipſas promovent, augent & exaſperant, naturæ debilitatem, ac tandem mortem adferunt. Sic illa humores poſt criſin imperfectam, relictos recidivosque morbos cauſantes, particulis ſuis mucilaginoſis, pulpoſis, ſalinis & ſulphureis ſenſim, & per ἐπίκρασιν quaſi eliminant. Per epicraſin verò evacuare propriè dicitur, ſi humoris vitioſi partem unam evacuemus, alteram verò ſucci boni alimentis temperemus. Quemadmodum enim agricolæ, ſi oleum,

um, aut vinum vitium fecerit, aliqu
vitiosi vini detrahunt, deindè vas optim
vino replent; sed paulatim; sic vinu
vel oleum in integrum restituitur:
in corpore humano ubi intelligimus a
quid vitiosi humoris superesse, ejus pa
vacuemus sensim, partem paulatim app
sito boni succi alimento temperemus. *J*
Hollerius & Joh. Heurnius comm. in aph
9. sect. 2. Hipp.

In admodum debilibus medicam
tis hisce purgantibus substitui que
etiam Clysteres lenientes, qui solùm
molliendo, abluendo & abstergendo
as primas evacuant. Non solùm er
scybala alvi naturalia, in intestinis su
stentia, sed & vitiosi humores in v
triculo & primis viis generati, vel eti
aliunde isthinc missi, recidivis foment
suppeditantes, clysteres etiam emolli
tes, seu leniter educentes indic
Propter hoc etenim vitium statim p
gantia in recidivis, cum virium im
cillitate maxima conjunctis, adhibe
consultum non est, nec etiam recid

rn

ultæ ea omni tempore admittunt. Quando ergò recidivantium ægrorum enter exſiccatis ſcybalis aliisq; humoribus vitioſis repletus eſt, tùm in illis evacuandis clyſteres ſtrenuam navant operam, & hînc etiam ventriculum, inteſtina, ancreas, meſenterium, hepar, lienem, renes, caput, thoracem cor, &c. multis liberant morbis.

Ejusmodi verò clyſterum materiam quilibet ex Practicorum libris videre poterit.

Vomitoria ratione ſaltem eâ hìc juvare videntur, ſi humores nimirum vitioſi, biliosi præſertim ac ſeroſi, ut & liquores pancreatici, recidivas foventes, ad ventriculum confluant. Ea enim evacuant ſaburram in ventriculo reſtagnantem, quę ſæpè quaſi tunicis ejus incruſtatur, tùm contenta alia quæcunq; reperiunt, ejecta hoc modo à ventriculo, tùm inprimis bilem & ſerum; illam ſiquidem & ſuccum pancreaticum, paulò fortiora præſertim, in ventriculum vocant; undè licèt ipſa fuerint jam ejecta, à bile tamen novas irritandi

vires acquirunt, ut sæpè hypercatharſ
hac de cauſa oriatur. Mitiora hic paruu
valebunt; & ideo fortiora, ut Tartar
emetricus *Mynſichti*, Crocus metall
rum, Sal vitrioli, Tinctura noſtra em
tica, Vomitorium benedictum *Ang*
Salæ, &c. ſunt eligenda. Quoniam v
rò hæc acrimoniam ſalino-ſulphurea
volatiliorem, quàm purgantia, habe
meritò ſunt corrigenda & mitiganda. V
dendum tamen eſt; ne vires recidiva
tium ægrorum ſint admodum debiles,
primarius etiam recidivarum focus, un
morboſa reſultat materia, ſimul tollat
Si enim vires non ſint admodum robuſ
mortis periculum imminebit, vel eti
iſtæ recidivæ augebuntur & exaſperabu
tur; & ſi focus recidivarum primar
non tollatur, palliativa ſaltem & miſe
illarum curatio erit.

Et ſic humoribus, recidivas inducen
bus, maximam partem, alteratione pr
via, expurgatis, eorum reliquiæ, ſi vi
ſimul id ſuadeant, per *diaphoretica, ſudo*
fera & *diuretica* ſunt educendæ. *Diap*
ret

tica verò hæc & *ſudorifera* pro cauſarum arietate varia ſunt, atque gradibus iner ſe quoque differunt. Diaphoretica amque per ἄδηλον διαπνοὴν ſaltim diutiunt halituoſa excrementa, eandemue tranſpirationem promovent, & ſanuinem ventilant. Sudorifera verò hoc ſum etiam præſtant, non tamen in eoem acquieſcunt; verùm etiam roſcido dore conſpicuum magis effectum relinuunt. In eo autem conveniunt, quod, uoad agendi modum, in recidivarum reeiis diſcutiendis eadem operentur, quaenus ſcilicet ſanguinem fundunt, ac ſeri tioſi à ſanguine ſeceſſum procurant, ut alituum ſpecie per poros cutis expelli oſſit.

Seri verò vitioſi à ſanguine ſeparatioem, ut halituum ſpecie per poros cutis ire queat, promovent diaphoretica & dorifera *primùm* abſorbendo, & quod rũ ligat & fixius reddit, reſolvendo. Et c maximè juvant diaphoretica & ſudorira alcalinæ naturæ fixiora, terrea, quaa ſunt; Lapis bezoar, Terra ſigillata,

 Bo-

Bolus *Armena*, Antimonium diaphoreticum, Conchæ præp. Corallia rubra præp. c. c. uſt. & præp. Bezoarticum minerale, martiale, &c. Humorum fermentationem hæc inſigniter præcipitant, διαχώρησιν prohibent, & inſenſibilem tranſpirationem liberam ſuique juris reddunt.

Deindè ſeri vitioſi à ſanguine ſegregationem, ut ſub halituum forma per poros cutis penetrare poſſit, procurant diaphoretica & ſudorifera, illud fluxile reddendo, ſive rarefaciendo, & fermentationem ſanguini novam inducendo; & hoc præſtant 1. ſalia lixiva & nitroſa, ſalia abſinthii, carduibenedicti, centaurii minoris & ſimilia, quæ & abſorbent, & ſimul fluxilitatem ſero fœnerant: ſic 2. volatilia quoque, ut ſalia volatilia c. c. ſuccini, viperarum, eboris ſudorem potentiſſimè pellunt; ſive halituoſum vehiculum & volatilitatem præbendo, uti ſunt 1. aquea, ut aquæ deſtillatæ variæ, inprimis volatilitate quâdam ſimul gaudentia, decocta; item 2. ob aquoſam & gummoſam ſubſtantiam facilè reſ-

lubili

ubilia, ut Rob ebuli, ſambuci, junipe-
ri; præcipuè verò 3. ſale volatili, cum
ſulphure penitius commixto, pollentia,
amaricantia, reſinoſa, &c. Sic Car-
duus benedictus, Opium, Camphora,
Lignum guaiacum, & è compoſitis The-
riaca *Andr.* Mithridatium *Dam.* The-
riaca cœleſtis, &c. optima habentur ſu-
dorifera. Hæc enim torpidum ſeri mo-
tum promovent, naturamque hortan-
tur, ut ſuperfluum diſcutiat, pori aperi-
antur, ac maſſa ſanguinea vigoretur.

Et hæc ſummo cum fructu adhibentur, in ῥευματισμῷ, ſeu ſeri & ſanguinis influ-
xu quocunq; verb. gr. in pleuræ inflamma-
tionibus, articulorum fluxionibus, etc.
Undè conveniunt in pleuritide, quæ ſæpè
ſtatim in principio uno quaſi eminentiori
ſudorifero jugulatur; arthritide, quæ iiſ-
dem ſudoribus omnium maximè juvatur;
tumoribus inguinum, tonſillarum, axilla-
rum, & ſimil. lipothymia, ſyncope, tùm
ſolitaria, tùm hyſterica, variolarum &
aliorum exanthematum propulſione ceſ-
ſante, etc.

Tertiò, seri vitiosi à sanguine secc-sum, ut halituum specie per poros cu-expelli queat, diaphoretica & sudorif- urgent, in coagulū abiens serum incid- do,& eo ipso quoq; fermentationem s- guinis promovendo. Efficiunt id præp- mis acida, & suo modo, diverso scili- respectu, alcalina quoque. Hinc re- aceta inter sudorifera quoque, non nus ac alia acida referuntur; acidorum nim accessione sulphurea medicame- longè præsentius agunt, & sudorem ent magis, quam sibi relicta. Exempl- nobis sit sola mixtura simplex; spiri- quidem theriacalis nec per se, nec sp- tus tartari tàm promptè sudorem m- vent, quàm hisce maritatus vitrioli sp- tus utriusque activitatem mirum in m- dum juvat ac promovet. Sic quoq; T- cturæ bezoarticæ citra spiritùs salis, alius acidi accessum, sudoribus mir- movendis aptæ sunt.

Sanguis verò in coagulum abiens, m- gis grossus, viscidus, crassus & lentus g- tinosusque evadit; undè acida hanc i- mora

morantur incoctionem, ſulphurque domando, & calefactionem, quantum in ipſis, impediendo, ſecretionem humoris tunc ſeroſi & ejuſdem halituoſitatem hoc ipſo promovent. Undè hæc diaphoretica & alia, pro diverſitate indicantium ſeligenda, conveniunt quoque in febribus variis, continuis inprimis & intermittentibus: in lue pariter Venerea, ſcorbuto, elephantiaſi, &c. ubi ſanguis glutinoſior longè membrorum gravitatem, eorumque dolorem neceſſariò importat.

Maximam quoque vim habent ſanguinis grumoſitatem tollendi; hinc Mixtura ſimplex in palpitatione cordis, ſcabie & aliis plurimis malis laudabilem etiam uſum habet. Et ut uno verbo complectamur omnia: in quibusvis maſſæ ſanguineæ vitiis, à qualitate & motu vitioſis oriundis, exceſſibus, ebullitionibus, deſpumationibus, &c. diaphoretica inſtar omnium ſunt; fermentum quippè reſtaurant & deprimunt. Et cùm expulſione maximè ſit opus in recidivarum

curatione, optima sunt sudorifera; ea
quidem non solùm in humorum abu
dantia repletioneq; ac sanguinis impu
tatibus valent: sed etiam humores tor
dos ac quiescentes reddunt magis agi
vividosque: humoribus verò serosis
solvendis, attenuandis & evacuandis p
poros inprimis apta sunt.

Medicamentorum verò sudoriferoru
fixitas vel volatilitas, ac status sangui
diversus, eorundem usum variat. Ne
enim semper in quibusvis recidivis An
monio diaphoretico, Auro vitæ, Bezoa
dico minerali, solari, martiali, Spiritu c
eboris, Mixturâ simplici, Arcano dup
cato *Mynf.* Tincturâ bezoarticâ campho
ratâ uti possumus; inprimis verò ultim
medicamenti usus non semper æque tutu
videtur; camphorata siquidem omn
non ita ferre possunt, saltim in tanta do
undè sanguis maximè rarefit. Eximiu
quidem locum habet Camphora in mo
tûs sanguinis vigoratione promovend
non ita tamen, ubi nimis is rarefactu
est

eſt, & ebullit; undè vigiliæ, ſitis, calor major; hinc etiam præſtat minus camphoratâ uti tincturâ bezoarticâ, vel ſaltem aliam ad manum habere mitiorem.

Si quoque virium reſolutio major adhuc in recidivis timeatur, & freno potius egeat ſanguis, quàm ſtimulo, temperatiora ſunt uſurpanda ac præferenda. Ita inprimis *Hoffmannus lib. de Febrib.* in febre quadam epidemia, cum ſudore colliquativo conjuncta, Bolum *Armenam* & Terram ſigillatam unicè profuiſſe obſervavit. Si verò quis eandem ad motum & fermentationem ſanguinis ciendam ſolam velit uſurpare, maximè in errorem incidet.

Nonnunquam in recidivarum curatione magis præcipitatione, quàm diſcusſione opus eſt; hinc minus cogendi ſunt ad ſudorem ægrotantes; ſudor enim nimis coactus minus prodeſt, etiam in continuis febribus. Hinc malè ægri in febribus tertianis, & quartanis intermittentibus, dato

pulvere febrifugo, ante paroxyſmum continuo ad ſudandum coguntur, cùm indè aliquoties in pthiſin, & alia ſymptomata non levia incidant. Et ideò in expellendis variolis, in febribus quoque malignis nunquam conſultum eſt, ægros ad ſudandum fortius impellere; ibi enim ſeri proportio nimis abſumitur; ſanguis ipſe ad ebullitionẽ magis cietur, & naturæ benè agentis, conatus intempeſtivè præcipitatur; adeoq; præſtat diaphoreſin continuare, & naturæ tempus concedere quàm eandem cogendo peſſundare; eandem ſequi, ducere, non pellere præſtat. Quod non præſtabit ſudor, id præſtabit tenuis udor.

Quando ſerum etiam in recidivantibus ægris deficit, minus diaphoretica & ſudorifera conveniunt; ſi nimis excedit, itidem minus illa locum habent. Sicut enim ea deficiens illud magis exhauriunt: ita ſuperfluum ſola ſuperare ac evacuare haud valent. In maniacis & aliis cholericis quoq; hoc axioma præprimis locum habet; & ideò temperatiora ſaltem illis

ex-

exhibenda, vel cum vehiculis aqueis, serum substantialiter augentibus, sunt miscenda. Quod ipsum de siccioribus etiam in genere venit intelligendum. Et ideò in hydropicis magis purgantia & diuretica, quàm diaphoretica prosunt.

In morbis pituitosis recidivantibus, & ubi viæ primæ vitiosis abundant humoribus, iisque quasi impacti hærent, minus punctum omne absolvunt diaphoretica & sudorifera. Hinc universalia magis, qualia sunt purgantia & vomitoria in usum trahi debent; quibus præmissis, & potioribus partibus, humorum crassioribus & viscosis ablatis, diaphoreticis & sudoriferis tenuiores restitantes melius feliciusque expelluntur. Sic in febribus quidem omnibus eximiè prosunt diaphoretica, in intermittentibus tamen, & præcipuè in quotidiana prius ejusmodi universalia sunt præmittenda. In scabie ipsa hoc quoque notandum est; & in cachexia imprimis universalium præmittendorum usus requiritur, ne diaphoretica & sudorifera prius ad-

hibita pituitam, seu serum coagulatum crassum, magis coagulent, humores tt[...] bent, & sanguinis impuritates, quas tt[...] lere debent, magis augeant.

Et cùm diaphoretica sudoriferaq; [...] interna impellentia, opus quoque ha[...] ant externis impellentibus, non satis e[...] assumere diaphoreticum medicamentu[...] quodcunque, sed opus erit ad minimu[...] calore ambientis auctiori, & tecto corp[...] re, ut pori magis dilatentur, & humor[...] fundantur. Sed hæc ipsa secundaria p[...] tius sunt, internorum ἐνέργειαι in [...] ctum deducentia. Solis enim extern[...] nunquam res absolvitur, nisi, u[...] materia magis in spatiis intercutane[...] hæret; eo namque casu proficere m[...] lius externa impellentia possunt. E[...] dem pariter usum habebunt, si tum[...] particularis membrum aliquod exerc[...] at & defatiget. Et hûc thermæ, L[...] conicum, & alia balnea vaporaria, un[...] versalia, toti corpori, & particularia [...] huic vel illi parti, verb. gr. brachio, ped[...]

debii-

debita, ſpectant. Balnea verò aquæ dulcis temperata præprimis hîc ſicco non præterimus pede; hæc ſiquidem cutis poros aperiunt, parteſq; emolliunt & rarefaciunt, ac humores excrementitios, in corporis ambitu hærentes, diſcutiunt, partiumque ſiccitatem emendant, atque ita laſſitudinem tollunt. Si verò diutius continuentur, iſtud, quod liquatum eſt, diſcutiunt, vireſq; diſſolvunt. Et ideô eorum uſus moderatus eſſe debet; Spiritus ſiquidem facilê inflammant, humores calefaciunt & tenuant, atque dum ex his fuliginoſos ſummis ex partibus diſſipant, tenues verò & acres ex intimis ad cutem evocant, craſſos, quos non diſſipârint, tantâ vi movent, ut in partem languidam illapſi eam, in diſcrimen inflammationis adducant, reſpirationis frequentioris neceſſitatem invehant, & corpora impreſſioni externæ oportuniora faciant.

Taliſmodi verò balnea non rarò,

inprimis insuetos, ut & plethoricos, qui crudis referti sunt humoribus, læ-dunt, ut & eos, qui catarrhis tentan-tur, & inflammationibus, aut erysipe-late. Balneis frequentius usi sunt *Ro-mani*, & sæpè eodem die bis laverunt. De quorum usu egregiè scripsit *Galenus lib.* 10. *meth. med. cap.* 10. Inunctiones quoque ante & post balnea adhibue-runt, de quibus pariter *Galenus lib.* 1. *de simpl. medicam. facult. cap.* 24. *& lib.* 7. *meth. med. cap.* 6. meminit.

Humorum reliquiis in recidivis ex-terminandis, præmissis jam eorum alte-ratione ac purgatione, præter diapho-retica & sudorifera, conducunt quoque, si vires adhuc constet, *Diuretica*; quæ verò pro causarum varietate in recidi-vis varia etiam habentur. Quæ urinam movent, peculiariter dicuntur diureti-tica. Urina verò partes suas habet se-rosas & salinas; ad excretionem suam requirit vias & archeum renum inte-grum. Hinc diuretica respicere seri quandam fusionem colligimus; quæ au-

tem

m in recidivarum curatione major, vel
inor, esse debet, prout scilicet causæ
rum majorem, vel minorem agendi vim
abent, & majorem etiam, atque mino-
m urinas movendi ἐνέργειαν requi-
ant.

Vires autem suas diuretica exercent
ic *primùm* in abstergendo; & hæc 1.
quea & liquida sunt; undè potus ipse so-
citat ad urinam reddendam, adeoque
mnia illa diuretica sunt, quæ aqueæ na-
uræ sunt, adeoque serum substantialiter
ugent, & aucto renum usu, seu secretio-
e probâ, largiorem urinæ proventum
xcitant, præprimis verò non adeò cru-
la, & quæ salino stimulo, particulis a-
ris crudis, & terreis atomis, non peni-
ùs sunt orbata; quare vinum dicitur di-
reticum; serum lactis, acidulæ, thermæ
im obtinent diureticam, cùm sal expli-
atum magis habeant. Et quod magis
est: vehiculum ipsum præbent aquea &
iquida, locumque habent potissimum,
ubi serum ipsum deficit, ut in febribus,
vel resistat, vel ipsum coagulum opus
habet

habet abstersione, ac vehiculo; hînc calculo & ischuria non mera pellem profunt, sed & vehiculum illis additu quo mediante, calculus eò melius uret res perrumpere ac exire queat.

Deindè, hic admodum valent diu tica, quatenus sunt aquosa, mucilagin sa, & temperata quoque, sive sibi re cta, sive terreis particulis immersa, cultate salinâ non tàm penitus instr cta, ut Radix altheæ, malvæ, glycy rhizæ, sonchi, cassia, Fraga, Semina qu tuor frigida majora, &c. & ex hisce para emulsiones, aquæ, pulveres, ac varia al Et hæc utraque simul acrimoniam ter perant, mitigant demulcentque; hin in stranguria, renum calculo, viscer obstructionibus non raro miranda pra stant.

Et quamvis frigida jam adducta in propriè talia, & uretica potius, quàm di retica respectu aliorum vocentur, calid tamen & acriora volatiliora his 1. egen sæpissimè, ut vehiculo, & nisi hæc jungan tur, intempestivè sæpè stimulantur rene

2. Ab

. Absterſione hâc ſuâ, renum uſum actu ugendo, potentia ſatis ſunt, & hinc non mnia ignea humida, *Scaligero exerc.* 160. ſſerente, urinam provocant. Ita ſonchi adix, *Eodem* teſte, mirificè urinas movet; Decoctum parietariæ ſiliquoſæ adeò uri- am movere valet, ut diabetes tandem ubſequatur, ex *Camerario & Geſnero.* Ita uccus betulæ diabeten, quæ à fuſione anguinis oritur, ſæpius lethalem excitat. . Urinæ taliſmodi provocatio naturæ naximè conveniens eſt. Et tandem 4. bi ſerum nimis reſtagnat, ex.gr. in hy- drope & cachexia, minus ea conducit.

Tertiò, vires ſuas hic comprobant diu- retica in ſtimulando & præcipitando fun- dendoq; ſanguinem. Non ideò ſolùm, ju- xta *Galenum lib.* 5. *de ſimpl. medicam. fa- cult. cap.* 13. quæ ſunt acriora magiſque calefaciunt, urinam movent, & ex *Hippo- crate*, quæ citò caleſiunt, & calefacta marceſcunt ac liqueſiunt, & ob id citum faciunt ſeceſſum; ſed Chymici quoque ab iis magis ſanguinem in renibus præci- pitari adfirmant, ſicut à reliquo ſanguine natura-

naturali etiam ordine, materia secerniti
serosa, non secus ac serum separatur à la
ĉte; hinc etiam diuretica virtutibus p
lent ejusmodi, quæ & lacti coagulati
nem inducunt, ideoque, cùm sangu
nem fundendo plus præcipitent, larga
urinæ profusionem inferunt. Et ut u
verbo mentem exprimamus nostram
fluxile magis reddunt diuretica serum
atque secretionem ejus in renibus m
gis promovent. Confer. *Thom. Willis*
diatrib. de ferment. cap. 11. *pag.* 84.

Sunt verò hujusmodi diuretica, st
mulando & præcipitando fundendoq;
sanguinem, agentia, salina & mercur
lia; quæ pariter volatilia & fixa habe
tur. Salia volatilia sunt: succini, co
nucervi, tartari, urinæ, &c. ad quæ
mul etiam Spiritum urinæ volatilem,
Magisterium tartari volatile referimu
ex quibus diaphoreticorum & diuretic
rum convenientia maximum hab
splendorem. Fixa sunt omnis generi
sive alcalia salina. Sic lixivia vim a
modum diureticam possident, ut ex Li
vii benedicti *Mynsichti* viribus laudabil

as videre licet: Salia item ononidis, fabarum ſtipitum, geniſtæ, bufonum, Tinctura tartari, ſilicum, &c. non deminoribus participant viribus.

Erit ergò ſal primum diureticum; ubi tamen cantharides non excludimus, quæ urinam potentiſſimè movent, gaudentq; ſale quodam acri volatilique cauſtico, in urina facilè liquabili, quod in vaſa raptum ſanguifera, in renibus & veſica hinc ita ſtimulat, ut & erodat, mictumque cruentum inducat. Omnes etiam plantæ, vi reſolvente ſalinâ & mercuriali pollentes, hûc ſpectant, ex quibus Radix chinæ trophæum ducit. Hûc alcalina terrea quoq; referuntur, Lapides nimirum cancri, Lapis nephriticus, & alia lithontriptica: item ſalia acida, ut ſpiritus acidi ſalis marini, vitrioli, &c. quæ in coagulationem abiens ſerum apprimè corrigunt & diſſolvunt; undè in genere de his etiam hæc valet regula: *Quæcunq; pituitam liquant, ea & urinam movent*; ipſa namque pituita nihil aliud eſt, quàm ſerum coagulatum: præprimis etiam nitroſa, ut Lapis prunel-

prunellæ, Arcanum duplicatum *Myn*
Tartarus nitratus Nitrum, vitriolatu
Flores nitri *Ejusdem*, Nitrum antimon
&c. sive media, Tartarus vitriolatus, C
mor tartari spiritu vitrioli irroratus,
iterum exsiccatus. Sicut enim urina
singulis participat, ita ab omnibus qua
propellitur. Tùm sulphurea, sive q
sale volatili oleoso abundant; ea enim
citò in sanguinem ob volatilitatẽ abeu
& tenuitate suâ poros aperiunt, & ren
caliditate stimulant, salinâque suâ vi
tute exitum seri uberibus procurant: im
â sale resoluta & expansa, odorem u
næ violaceum conciliant; & ideò h
spectant Sal volatile oleosum *Sylvii*,
lithontriptica omnia, de sulphureo h
principio participantia; maximè verò m
dicamenta cuncta ex terebinthina parat
ut ejus pilulæ, spiritus, oleum, &c. att
nuandi & segregandi potissimum vi pc
lentia. Imò & oleosa hûc pertinent, l
cèt terreis particulis sint immersa, u
Glandes quercûs, ossa dactylorum, nu
clei persicorum, cerasorum. &c.

Vir

Vires suas *déniq;* diuretica hîc confir-
ant in vias aperiendo & resolvendo;
uod duplici fit modo: cùm per se, tùm
er accidens. Et quidem per se hoc præ-
ant omnia aperientia obstructionesque
xpedientia. Sunt autem diuretica opti-
na aperientia; & contra aperientia sunt
ptima diuretica. Hocque præstant con-
unctim, tùm aquea, tùm salina, tùm oleo-
a, poros laxando & reserando, tempe-
andoque, sicubi partes sint erosæ. Per
ccidens hoc fit, si purgantia vim habeant
iureticam eximiam, non tantùm, quòd
psa quoque sanguinem fundant, & sti-
muli hujus salini ratione diuretica quoq;
cum purgantibus conveniant; sed & ob
ntestini recti & vesicæ consensum admo-
dũ conspicuũ; sphinctere namq; altero so-
luto, & alter portam pandit, & lotium
certò certissimè pellendi hinc efficacia se-
quitur; de quo locum elegantem & histo-
riam admirandam apud *Christianum Lan-
gium Miscell. Curios. Medic. tit.6. pag.* 16.
legi-

legimus. Et talia locum potissimum
tinent, cum in vesica restitat urina, &
rum ex vasis quoq; propellendum est,
in ordinem naturæ convenientem re
at, ut nimirum alveis suis vectum locis
bitis exitum inveniat, & remoræ subm
veantur omnes, adeoque ipsi sangui
purpuræ, & lymphæ balsamicæ suus p
stet vigor illibatus.

Cùm vires etiam cùm totius corpo
tùm partium principum in recidivis s
labefactatæ, atq; recidivæ ipsæ malig
tatem quandam præ se ferant, medi
menta conveniunt hic omnia, quæ spi
tuum & sanguinis σύςασιν tuentur
conservant, ut neque ad coagulation
fusionis, resolutionis, ac ichorescent
statum declinet, & hæc propriè sunt
dicuntur cardiaca, bezoardica, & alex
pharmaca. Neque opus est, hæcce, præ
cipuè temperata, immediatè ad cor ferr
satis enim est, quòd operationes suas st
tim è ventriculo in sanguinem vibren
cujus hinc crasis mutatur, ac energia, &
effectus ad cor resultat; imò sæpè tal
con

rdialia cauſam ſaltim reſpiciunt antedentem eamque tollunt; finem tamen rum operatio in corde conſequitur. c etiam non ſufficit ejuſmodi cordialia lùm adhibere, ſed expedit inſuper mecamenta alia, quæ cætera viſcera prinpalia reſpiciunt, id eſt, ea aperiunt, eom craſin mutant, omnis coagulationis ſionis, reſolutionis & ichoreſcentiæ npedimentum, in iis tollunt, meliom ſanguinis ac ſpirituum motum conciant, atque hinc energiam & effectum roborando ſingularē præſtant, in uſum ahere; qualia ſunt: Unicornu minerale, lare, Aurũ potabile, Argentũ potabile, Gemma vitæ, Bezoar potabile, Anima vitrili, Ambra moſchata, Diacinamomũ regi, Margaritæ trochiſcatæ, Tinctura coralorum, proprietatis, caſſiæ ligneæ, vitæ, iaphoretica *Mynſ.* confortans *Dornreil.* bezoardica *Michaël.* chalybis, tarari, Liquor tartari ſpleneticus *Schrôd.* erlarum, Eſſentia perlarum *Dorncreil.* Mixtura confortans *Ejusd.* Flores ſalis rmoniaci ſimpl. martiales, Vitriolum mar-

martis, Magisterium martis aperitiv *Mynf.* Extractum bezoarticum soll Aurea *Hadrianea Ejusd.* Species de h cintho diaphoreticæ *Dorncreil.* diasc dialunæ, diacinnabaris, febrifugæ *M* diambr. diamosch. dulc. diarhod. abb. a matic. rosat. pleresarchont. diacinam diacaryophyllat. diamarg. fr. calid. d trag. fr. diatrion santal. diagalang. cor les temp. dialacc. diacurcum. Pulvis c dialis *Dorncreil.* imperialis *Mynf.* epilep cus *Marchionum*, bezoardicus pretio *Schröd.* diaronis *Brickmanni*, Bezoa cum solare, *or. Mynf.* joviale, martiale, rum vitæ, sulphur auratum diaphore cum, Magisterium c.c. solare, lapid. b zoar, corallorum, perlarum, Sal coral rum, perlarum, Rotulæ imperial smaragdinæ, hyacinthinæ, cordiales, a maticæ *Mynfichti*, carminativæ *Do creil.* & *Mynf.* Morsuli rosati, stomachi hepatici, martiales, Trochisci vitæ *jusd.* de Rhabarb. eupator. cappar. spodi terra sigillata, Marmelada cephalica, st machica calida, frigida, splenetica Con

Et

o cephalica, pretiosa, citri, theriaca. *Mynſ.* d. hyacintho, alchemes cum a. m. ac ſine a. & m. Theriaca de Mumia *orncreil.* Theriaca *Saxonica Mynſ.* cœ-ſtis *Querc.* & *Greiffii* Sirupus perlarum iental. corallor. rubr. vitriolato-roſa-s, cordialis, diacitri roſatus, antiſcor-ticus *Mynſ.* papav. rh. de rub. id. Eli-r proprietatis *Paracelſi*, vitrioli, pœon-orile, Spiritus vini cephalicus, aroma-cus, ſtomachicus *Mynſ.* aperitivus *Pe-ti* ſalis ſimpl. dulcis, vitrioli, ſulphuris, is armoniaci ſalſus & acidus, vitrioli & lis coagulatus *Mynſ.* Aqua apoplectica epileptica, de Xyloalœ, maſtichina, hamomi bugloſſata, cordialis frigida, lida, acetoſa ſtomachalis, ſtomachi- calida, hepatica frigida, calida, ſple-tica, antihydropica, ſcorbutica, be-dicta ſerpilli *Ejusd.* confortativa, & nilia, quæ apud *Mynſichtum*, *Dornçreili-n*, *Macaſium*, *Grülingium*, *Schrôderum*, alios in *Armamentariis*, *Diſpenſatoriis* & *orilegiis ſuis Medico Chymicis*, necnon *Prodromo noſtro Praxeos Chymiatricæ* periuntur,

CAPUT XXIII.

Recidivarum Curationem ex Chirurgia profert.

REcidivarum curationem nunc Chirurgia instituere, nostrum ind ximus animum. Ex ea verò *Venæsecti nem*, *Cucurbitulas*, *Scarificationem* [illegible] *plicem*, *Hirudines*, *Fonticulos & I[illegible] ctiones* desumimus; quæ remedia ve[illegible] cùm vires deficiunt recidivantes, m gnam ad sanitatem pristinam restitue dam pollicentur spem, nec ullum de fectu prospero reddunt dubium. *V[illegible] næsectio* tàm revulsionis, quàm deri tionis ac imminutionis gratiâ in reci vis legitimis, & quibusdam etiam i gitimis, cum plethora eam urget, resque hâc oppressæ sunt, semper, præsidium universale, suscipienda e quia natura onere levata humorum liquias ulterius atque melius concoq & discutit; & hinc nullum immi

tæ discrimen; si enim morbus in aug-
ento aut statu, sine intervallo, per-
ansisset, utilis fuisset sanguinis miss-
o. Hæc ergo naturæ, à sanguinis &
imorum copia in recidivis debilitatæ,
ũnodum insigne præbebis. Hanc equidẽ
gulam *Galenus lib.* 11. *meth. med. cap.*
. tradidit. *Saluberrimum est ve-
am incidere in omnibus febribus,
n continuis modò, verùm etiam
iis omnibus, quas putrescens hu-
or concitat, ubi præsertim nec æ-
s, nec vires prohibent.* Additque
tionem hanc: *levata namq́ue quæ
rpus nostrum regit natura, ex-
erataq́ue eo, quo veluti sarcinâ
emitur, haud ægrè, quod reli-
uum est, vincet. Itaq́ue proprii
uneris haud oblita, & coquet, quod
ncoqui est habile, & excernet,
uod potest excerni.* Cùm enim in-
rdum in recidivantibus ægris sanguis
mul abundet, qui facilè corrumpitur,

& à vitiosis humoribus, in ventriculo, in-
testinis, mensenterio, pancreate, hepa-
liene, ac aliis visceribus generatis, incq
natur, atque à natura, à recidivis jam
bilitata, non satis, si copiosior sit, regitu
& recidivarum progressu subindè ma-
riæ peccantis aliquid in vasa transeat, s
guinique permisceatur, maximè loco
venæsectio habebit; quæ autem vena
secunda, natura morbi, cujus germen
que propago recidiva est, nobis monst
bit.

Quando verò penes Medicum in re
divis venam secandi non est arbitriu
quòd vel ægri ab ea abhorreant, au
stantes non concedant, aut vires & c
suetudo non admittant, ejus loco
præsidia substitui debent. Inter quæ
cum primum occupant *Cucurbitulæ*, au
lium minus vehemens, nec metuendu
verum magis tutum, præsertim si vire
recidivis non adeò sint robustæ, ut p
rumque esse solent; & præterea, si sang
redundans sit quoque tenuis, ut per
curbitulas facilè egredi queat. Et hasce

cur-

urbitulas, ut auxilium minus vehemens, a magis tutum, nec unquam periculosum dicat *Cornelius Celsus de Re Medica lib.* 2. 10. quamvis in medio febris impetu, inue cruditate adhibeantur.

Ejusmodi verò cucurbitulæ duplici modo queũt applicari, vel sine scarificatione, uæ aliàs appellantur siccæ, vel cum scarificatione, & sic magnum præstant usum; troq; enim modo evacuant, materiam rovocant, eamq; loco movent, à partibus emotis revellunt, derivant, intercipiunt, terant, dolores mitigant. Evacuant utem siccæ solùm insensibiliter, flatuosque spiritus discutiunt. Cum scarifiitione verò sensibiliter sanguinem cætaosq; humores evacuant, & à remotioriius altioribusque partibus eliciunt. In ecidivis commodè cucurbitulæ siccæ ne scarificatione adhibentur, cùm interioribus ad exteriora humorum, ost crisin imperfectam relictorum, nquinamenta provocare, eaque insenbiliter evacuare nobis animus est.

Sicut enim in multis aliis adfec-
bus curandis magnam præstant laud
ac utilitatem; ita sanè in recidivarr
medela, nec laude, nec fructu min
carebunt, si, tanquam auxilium, ii
cationibus nostris sic satis respondens
sto loco & tempore administrentur.

Affectus verò, præter recidivas,
curbitularum siccarum usum indican
varii sunt, quorum curationes eti
iis adplicatis, feliciter succedunt. C
enim evacuent siccæ tantùm insensil
ter, venenum, humores, flatuose
spiritus è parte adfecta extrahunt dis
tiuntque; & hinc intestino colo,
ventriculo propter flatus dolente,
curbitula magna cum multa flamma
mota, incantamenti instar, juvat. Il
indê sistunt quoque vomitum &
gultum, ventriculo impositæ: ac m
ses fluentes, mammis. Undè *Hipp. aph*
50. *sect.* 5. scribit: *Mulieri si pl*
menstrua sistere, cucurbitam quàm ma
mã ad mammas appone. Ita etiam cuc
bitulæ scapulis affiguntur ad revell
du

um humores à facie & oculis. Præterea humorum in alias partes affluxum suspendunt ac cohibent. Interdum sanguini motum conciliant. Sic ingvinibus & cruribus adhibentur ad menses promovendos. Interdum etiam sanguinem profluentem rursus sistunt, objectis partibus admotæ; sed cum scarificatione perspiratum efficaciorem ut *Paulus Æginetta lib. 6. cap.* 41. monet, præbent. Ureterum regioni si admoventur, & versus vesicam moventur, calculus ibi subsistens promovetur. In cranio, in infantibus depresso, locum habent, ut cranium iterum attollatur. In tinea capitis, in vindicandis antevertendisque ex multo humorum confluxu phlegmonis & gangrænis, in lippitudine, ulceribus phlegmonisque gutturis, angina, uteri procidentia, in capitis doloribus, hæmorrhagia narium, &c. admodum utiles sunt. Vid. *Duncani Liddelii Art. Medic. lib.* 5. *cap.* 19. *Marci Aurelii Severini Chirurg. trimembr. tr.* 1. *cap.* 10. *§.* 22. *& Gothofredi*

Mœbii institut. Medicin. lib. 5. parti. sect. 3. cap. 9.

Deindè ægrorum recidivantium vi-
ribus jam fractis, summo cum emolli-
mento cucurbitulæ scarificatæ quoq; ap-
plicantur; materiam siquidem submi-
nistrant remedii, sanguinem per se sen-
sibiliterque, sed paulatim evacuanti.
Eapropter nonnunquam etiam applican-
tur propriâ ratione, nonnunquam ver
venæsectionis sunt vicariæ, cruribus
natibus, aut brachiis admotæ. Ratio-
ne propriâ si applicantur, à vitio san-
guinis indicantùr non vehementi. Quan-
do verò vicariæ sunt plebotomiæ, adhi-
bentur solùm ob sanguinis vitium vehe-
mens, quod quidem venæsectionem re-
quirat, quam tamen vires debiles, vel
etiam αἱμοφόβοι, vel venæ nimis deli-
tescentes non admittunt. Cucurbitu-
læ verò talismodi propriè sanguinem e-
vacuant cutaneum: quoniam tamen
sanguine è cutis vasis capillaribus effuso
alius è vasis majoribus in capillares ef-
funditur, hoc modo totum etiam cor-
pu-

bus evacuare dicuntur; ſi verò evacuatio ſta ſit parcior, ad totum non pertingit. Et cùm cucurbitulæ ſcarificatæ, ſanguinem & humores, ab interioribus ad exteriora provocando, evacuent, commodiſſimus earum uſus eſt, ubi ſimul revulſio aliqua indicatur. Si ergò vires recidivantium ægrorum ſint proſtratæ, & tamen venæſectio neceſſaria videatur, cucurbitulæ ſcarificatæ, ut venæſectionis vicarium præſidium, in innumeris aliis morbis, jam non recenſendis, utiliter affigi queunt.

Poſſunt etiam iis poſt venæſectionem applicari, ut tenuis ichoroſusque ſanguis cum malignis ſuis atomis à partibus nobilioribus interioribus ad ignobiliores exteriores revocetur. Et prætera in recidivarum curatione, vel ratione totius corporis, vel ratione certæ cujuſdam partis adhiberi debent; ex quibus locus applicandi ſit manifeſtus. Si namque ratione totius corporis adhibentur, partibus inferioribus applicentur; ſi verò certæ cujusdam

partis ratione, ei, quæ hoc præsidiu requirit. In gravidis tamen non part bus inferioribus, sed brachiis potius a hibendæ sunt.

Quoniam verò ad longissimas part revellunt, in multis sanè affectibus, & pr cipuè in febribus malignis ab internis externa humores evocant. Verùm pu gatis inprimis corporibus utiles poti mum sunt, non plethoricis. Nam ubi ta cucurbitulis, quàm venæsectione, a purgatione opus est; semper venæsecti aut purgatio præcedat. Deindè infla mationis initio, parti adfectæ nunqua admovendæ erunt, sed partibus, labora ti in directum conjunctis, revulsionis ca sâ. Ipsi verò parti adfectæ, aut vici tùm cucurbitulas admovere conven cum nihil amplius affluxerit, totumq corpus exinanitum fuerit, ut inflamm tionis materia è loco moveatur, vel à pa te nobili ad ignobilem transferatur, v evacuatione sensibili, aut insensibili am liatur, vel ab interioribus ad exteriora d ducatur. Sed de his aliisque legi queu

Oril

Oribasius lib. 8. synops. cap. 38. Paulus Æ-gineta lib. 6. cap. 41. Avicenna Can. Medic. lib. 1. sect. 4. cap. 21. secundum edit. Plem-pii, Cornel. Celsus lib. 2. cap. 10. Ducnanus Liddelius. loc. citat. & alii.

Eundem sanguinem tenuem, ichoro-sum atque malignum, recidivas faventem, *Scarificatio* simplex, sine cucurbitulis, eva-cuare potest. Quæ quidem adhibetur interdum, ut est vicaria venæsectionis, quando scilicet sanguinis redundantis copia non est penitùs per venæsectio-nem ablata, quam vires ulterius ferre nequiverunt: vel cùm nec cucurbitula-rum actione propriâ, nec ob virium imbecillitatem copiosâ evacuatione opus videtur: vel quando pueri potissimum & corpora mollia atque rara scarifica-tionem inire debent; multò siquidem minori virium jacturâ per scarificatio-nem sanguis educitur, & pariter ejus malignæ particulæ, recidivarum frequen-tiorum auctores, intùs latitantes, ad exteriora retrahuntur. Et tùm instituen-da est in cruribus præcipuè; quâ ratio-

ne non tantùm evacuare, ſed etiam capite partibusque ſuperioribus revellere valet: quandoque tamen etiam brachio vel dorſo. Ratione quoque propriâ frequentiſſime magna cum εὐφορίᾳ ſcarificatio adhibetur, ubi materiam aliquam acrem, malignam ac venenatam evacuare ſtudemus, ne retenta ægrũ in periculum conjiciat. Sic in petechiis, bubone peſtilenti, in carbunculo, in animaliũ venenatorum morſibus & ictibus ſcarificationes inſtituere, non utile modò, ſed neceſſarium etiam eſt.

Niſi enim materia hâc ratione ê corpore evacuetur, ſed in eo retineatur, ad interiora penetrat, ægrumque in vitæ diſcrimen adducit. Idem in gangræna faciendum, ne ichores humoresque corrupti ad partes ſanas ſerpant, easque etiam inficiant & corrumpant. Et quidem ſæpê ſcarificatione numeroſâ & profundâ opus eſt, ubi ex partibus profundioribus humor malignus eſt evacuandus.

Scarificatio verô iſta cutis, pro loci

i ratione, ac prout magis minusque altè ſcalpellus adigitur, magis aut minus copioſam ſanguinis detractionem etiam facit. Utilitatem autem interdum, non in recidivis modò, ſed in aliis etiam morbis, in evacuando, revellendo, derivando, non minorem præſtat, quàm ipſa venæſectio; evacuat enim non humorem tantùm parti inhærentem efficacius multò, quàm venæſectio, ſed redundantiam quoque à toto quodammodo. Item revellit & derivat; tutius quidem, quàm venæſectio: verùm ſegnius tardiusq́ve & citra minorem corporis commotionem aut virium jacturam etiam in vigore morbi: licèt in pueris tàm vehemens auxilium ſit, quàm in grandioribus venæſectio. Utimur verò in tollenda ſanguinis plenitudine brachiorum & crurum ſcarificatione cum cucurbitulis plerumq;, quando venam ſecare tutũ non eſt. Ita *Oribaſi9* in peſte *Aſiatica* ſibi aliisq; crus ſcarificavit, duasq́; libras ſanguinis ferè detraxit, atque ob eam cauſam periculum vitavit.
In

In talibus affectibus nates nonnulli scarificant. In sanguinis plenitudine, à menstruorum aut hæmorrhoidum suppressione, crurum scarificatio potissimum conducit. Revellit quoque scarificatio, ad partes distantes, servatâ rectitudine aut communione: velut in inflammatione cruris dextri, scarificatio manus dextræ, aut cruris sinistri. Item interioribus ad exteriora revellit, & simul deorsum crurum scarificatio movet. In menstruorum verò suppressione derivat scarificatio femoris aut surarum. Ast humorem parti inhærentem qui aliis, remediis non cedit, efficacissimè partis adfectæ scarificatio evacuat. Proindè tonsillis epidemicis, partium circa pudenda inflammationibus & ulceribus, œdematibus, capitis & oculorum inflammationibus, faciei nasi ruboribus, labiorum fissuris, oris, faucium, hepatis & lienis imflammationibus, pleuritidi, erysipelati, variis tumoribus & ulceribus malignis, curatu difficilibus, & nunquam ad cicatricem per-

ervenientibus, eryſipelati liveſcenti, & n ſcirrhum tendenti, maculis, puſtuls, cutis fœditatibus, ſcirrhis inveteatis partium, inflammationibus omniius, gangrænis, tumoribus peſtilentius, ecchymomatis, intimis rupturis, enſis durisque partibus, rabidi canis, el ſerpentis morſui, anthraci tuberculiſque peſtiferis, ſuppurationibus inhibendis, hydropicorum tumoribus, emphyſematis, &c. revellendo & derivando, convenit. Verùm in ipſa ſcarificatione diſtinctio quædam eſt notanda; magnæ enim profundæque ſcarificationes multum evacuant, & è longinquo facilius provocant, meliusque duris corporibus ſanguinique craſſo conducunt; tenues contrà & ſuperficiariæ. Semper autem ſcarificatio largius, ac è partibus diſtantioribus ac penitioribus evacuat ſanguinem, ſi ſtatim etiam cucurbitula adhibeatur; cucurbitula namque ſanguinem potiſſimum cum multa flamma pro ſui magnitudine ac forma prolicit. Confer. *Hippocratem lib. 6. epidem. ſect. 5. text.*

5. text. 21. Duncani Liddelii Artem Med. *loc. citat. Marci Aurelii Severini Chirur. trimembr. loc. allegat.* §. 2. & alios.

Sicut autem in aliis adfectibus, ita quoque in recidivis scarificatio medelam non evacuatoriam tantùm, sed revulsoriam quoque & derivatoriam præstat egregiam. Et quidem in aliis etiam morbis vis ejus revulsoria & derivatoria eminenter apparet.

Hirudinum conveniens applicatio *Italis* frequentior, in multarum recidivarum curatione omne feret punctum, atque consideratis considerandis, maximè utilis erit, si præsertim à partibus tenerioribus laxis & perdebilibus nocentem humorem extrahere volumus. Vim enim hirudines non evacuandi solùm, sed revellendi quoque & derivandi obtinent insignem. Proindè universalis sanguinis evacuatio per hirudinem fit affixam vasis majoribus. Revellunt autem in pluribus adfectibus hirudines, si brachiis adhibeantur, venæ salvatellæ, &c. Derivant ab hepate, pãcreate, liene, mesenterio, utero

ro

, & renibus, ſimulque humorem ni-
um limoſum & craſſum evacuant, ſi va-
hæmorrhoidalibus admoveantur; præ
teris enim auxiliis putantur optimè hu-
orem hunc detrahere, & inprimis me-
ncholiam hypochondriacam expellere.
é frontis vaſis affixæ, à capite derivant;
cis, quæ poſt aures ſunt, affixæ, oculorũ
fectibus; & collo anteriori impoſitæ,
utturis internis malis & puſtulis tonſil-
rũ epidemicis ſuccurrunt: verùm cu-
, aut parti admotæ, cui vaſa ampla
on ſunt, eam potiſſimum exhauriunt,
à remotis partibus nihil alliciunt.
t ita ſcabiei, lepræ, ſerpigini, impedigini,
aloq; mortuo conveniunt. Omnibus
ndem apoſtematibus inveteratis, ul-
ribus partium, quas ſubjectâ teneri-
dine veremur attingere; quales ocu-
ſunt & nares, gingivæ, pudenda,
anus, pedes, & partes carne denudatæ,
t juncturæ, in his præſertim homini-
us, qui fœmineam habent naturam, &
fœminis ipſis, & denique in pueris,
arum uſus commodus erit. Vid.
Mar-

Marci Aurelii Severini Chirurg [illegible] *membr. loc jam citat. §. 4. & Tract.* [illegible] *nostr. Curios. de Febrib. petechial. sect.* [illegible] *cap. 6.*

Fonticulorum etiam usum, si visum fu[illegible] rit, non negligant Medici; vitiosi nam[illegible] que humores, recidivas foventes, per e[illegible] evacuantur, revelluntur & derivant[illegible] Excitantur enim fonticuli *primùm* vel [illegible] parte adfecta, ad humorem, qui in ea [illegible] evacuandum; *deindè* vel in parte cont[illegible] ria, aut vicina, ad humores, qui in flu[illegible] sunt, revellendos, vel derivandos. F[illegible] quentius tamen instituuntur 1. in oc[illegible] pitio, ad revellendos humores ab ocul[illegible] 2. vel in sutura coronali, ad humore[illegible] cerebro ad exteriora evocandos; 3. vel [illegible] brachiis, ad revellendos humores, qu[illegible] capite ad partes subjectas descendere [illegible] cuntur, sive ad fauces, sive ad pulmone[illegible] 4. vel in cruribus, ad humores ex hep[illegible] te, pancreate, liene, renibus, utero rev[illegible] lendos, vel derivandos, & quidem κατ' ἴξιν, è directo partis id fiat. *Tertiò*, no[illegible] nunquam & interceptionis gratiâ fon[illegible]

cu[illegible]

ali fiunt. Sic humida crura fonticulo, ſupra genu in coxa excitato, ſanantur.

Frictiones partium extremarum in recidivarum curatione non intermittantur; illæ namque ſanguinem & humores viſcoſos imminuunt, quòd calorem in corpore excitent, qui ſubſtantiam corporis noſtri diſſolvit atque diſſipat. Et cum frictionum differentiæ ſint variæ, molles & ſuaves hic laudantur quæ emolliunt, laxant & ſolvunt. Hînc etiam *Arnoldus de Villa nova in Med. ſua practica* jubet, ut in febribus recidivantibus frequentes fiant frictiones ſuaves.

CAPUT XXIV.

Diætam in Recidivarum curatione generalem præſcribit.

QUæcunque à Medico ſive ad corpus humanum curandum, ſive ad ſanitatem conſervandam adhibentur, ſub

tri-

triplici genere comprehenduntur, m dicamentis, chirurgiâ & diætâ: in quæ omnium vetustissima est chirurg postremò verò victûs ratio fuit exc ta; Veteres enim *Asclepiadæ*, teste P *tone lib. 3. de Republ.* victûs mentione n lâ factâ, chirurgiâ & medicamentis tebantur; deindè *Gnidii* Medici ab *Hi pocrate* reprehenduntur, qui medic mentis contenti, victûs rationem om terent, cujus ipse primus Autor, cundum *Galenum*, fuisse videtur, att men credibile non est, veteres illos nu lam prorsus victûs rationem habuisse, v rùm ab iis minus excultam fuisse; est nim diæta consideratio sanis necessari deinde in omni morborum curatione quia vires, morborum medicatrices, tu tur; quare sine idonea victûs ration nullus curari poterit morbus; at sin medicamentis & chirurgia multi so diætâ persanantur.

Ipsum verò vocabulum diætæ i eadem significatione non semper sum

tu

ur; apud *Aristotelem* enim *lib. 3. po-tic.* accipitur pro consilio judicum diæ-; verùm *Hippocrati* cæterisque Medi-s idem est, quod *Latinis* victûs ra-o. Est autem diæta, sive victûs ra-o recta administratio, sive legiti-ius usus *sex rerum non naturalium* ratiâ sanitatis conservandæ & amissæ estaurandæ. Res illæ sex non natura-es sunt, sine quibus vitam ducere no-is impossibile est: *Cibus* nimirum *& otus, aër, motus & quies, excreta & etenta, somnus ac vigiliæ & animi pa-themata*; quæ ob id non non naturales ocantur, quia per se nec secundum, ec præter naturam humani corporis unt, sed pro ratione benè malève u-entium, naturæ utiles, aut noxiæ ef-iciuntur; illarum enim dextro usu & dministratione sanitas conservatur, norbique à natura facilius depelluntur; contrà minus dextro usu sanitas cor-umpitur, variique morbi excitantur & ugentur.

Deindè

Deindè ab Hippocrate sect. 1. apho-rism. & lib. 6. epidem. diæta in maxim[e] propria & speciali significatione sumitur pro legitima nimirum alimentorum ad-ministratione causâ sanitatis.

Nos hic diætam rectam administra-tionem, sive legitimum usum sex re-rum non naturalium, sanitatis in reci-divis amissæ restaurandæ ergò dicimus. Et ideò eam in recidivis observandam ad Medicorum accuratiorum mentem in naturalem, vitalem & animalem di-spescimus.

Caput XXV.

Diætam in Recidiva-rum curatione Natura-lem observat.

AD diætam naturalem quod specta[t]. Bona victûs ratio in recidivis ma[xi]mè venit instituenda. *Quiete siquide[m] & abstinentiâ multi magni morbi cura[n]-ti[...]*

r. Quod *Hippocratis* consilium pru-
ntissimum in recidivarum curatione
anciscus Joel Med. practic. tom.5. lib. 1.
t. 4. Joh. Andreas Schmitzius Med.
actic. pag. 203. Antonius Deusing.
. doctrin. febr. disp. 10. § 78. & alii Me-
ci ac Practici celeberrimi magni æsti-
ant. Per abstinentiam verò mode-
tam ac convenientem victûs rationem
telligunt. Et ideô *Arnoldus de Vil-*
nova in Med. sua Practica suasit, ut
validis recidivis potius uteremur cibis
edicamentosis & levissimis antidotis,
uàm puris medicamentis, vel remediis
nerosis.

Cibi ergò in *substantia* boni & lau-
abilis succi, ac facilis coctionis, fa-
ltate nutriendi & insimul corrobo-
ndi præditi, hic requiruntur; ubi
nem ex purissima tritici farina confe-
um, recentem, benè coctum & fer-
entatum, butyrum recens, veris tem-
ore collectum, non nimis salsum, car-
es agninas, hœdinas, vervecinas, capo-
um, gallinarum, pullorum, pipionum,
per-

perdicum aliarumque avicularum mo
tanarum, &c. laudamus; quæ cum ſu
co limonum, citri, aurantiorum, a
granatorum acidorum condiri poſſu
vel etiam in jure proprio cum amygda
paſſulis minoribus, & modico cinamo
præparantur; & tum facilè in ventricu
ejus fermenti beneficio concoquuntur,
mirificè corpus nutriunt ac reficiu
Juſcula multum ſucculenta ex iisd
cum amygdalis paſſulis minoribus & ſa
charo roſato parata: ptiſanam item cu
ſaccharo & paſſulis minoribus magni
quoque æſtimamus; cujuscunque ve
generis caſeum, cùm frigidus & ſicc
ſit, difficulter coquatur, craſſum a
mentum præbeat, ideoque alvum ſiſt
meatus obſtruat, calculoſis & hypocho
driacis noceat, admodum improbam
Ova recentia & ſorbilia, decoctum ca
crorum, interdum aromatiſatum, i
terdum non aromatiſatum, carnes ca
crorum fluviatilium, teſtudinum n
moralium, ſaccharo & farinâ albi
mâ nutritorum, piſces fluviatiles &
xatil

tiles, ut luciolos, ſalmerinos, fun-
los, percas, truttas, & ſimiles ad-
ttimus; illos verò, qui in locis palu-
ſis & aquis putridis capiuntur, re-
mus.

Olera, quæ hic locum habere poſ-
nt, ſunt lactuca, portulaca, endivia,
horium, beta, acetoſa, ſpinachium,
aragi, lupuli prima germina.

Fructus, ut ceraſa acida, pruna *Dama-
na*, fraga, poma *Borſtorffiana*, pira dul-
, non ſemper conveniunt. Cocti ta-
en cum paſſulis minoribus & ſemine a-
ſi fructus, utiliores ferè ſemper ſunt,
àm crudi. Saliti nimis cibi: aceti &
omatum immoderatus uſus ſummope-
nocent.

In ciborum *quantitate* continua,
mper reſpiciendum eſt ad virtutis præ-
imis concoctricis robur, ne nimis ingur-
tando humores generentur, & recidi-
augeantur. Inedia in recidivis mul-
ſtudio vitanda eſt. Largius tempe-
menti calidi homines, juvenes ci-
nt.

In *qualitate* victus sit calidus, fri-dus, humidus & siccus, prout morbi re-cidivi eum indicent.

Potus sit cerevisia benè defeca-dulcis non acida. Cerevisiam e-*Naumburgensem*, *Servestanam*, *M-densem*, *Rostochiensem*, &c. comm-damus. Vinum bono colore, sap-ac odore præditum, in recidivis q-busdam laudamus, cùm, si moder-bibatur, ad celerrimam tum nutrit-nem, tùm corroborationem, plurim-faciat; in quibusdam verò, præpri-in febribus recidivis illud culpamus; -vet enim in sinu suo acidum aliqu-occultum, quod succum pancreatic-magis magisque reddit vitiosum, atq-febres recidivas vehementiores effi-Vinum autem illud tenue, quod *It-vocant *limoniade*, videtur conced-dum. Paratur è vino, aqua fon-na, limonibus, additis passulis min-ribus, cinamomo & saccharo.

Lac in capitis doloribus, febrib-

com-

ntinuis, acutis & intermittentibus, fectione hypochondriaca, siti immo-ca ex ventriculi & partium adjacenti-n calore, sanguinis evacuatione ni-a, renum ac vesicæ calculo, ophtal-a, catarrhis, diarrhœa, dysenteria, cerum obstructionibus, sangui-s fervore nimio, & similibus adfectibus cidivantibus improbamus; contrà ve-in tabidis, non admodum valdè fe-icitantibus, febribus item longis & nguidis, morbis præter rationem ex-nuantibus, cum recidivas jam incur-runt, illo vix datur remedium præ-ntius. Hoc enim, si mediæ sit con-tentiæ, boni odoris, ac saporis dul-s, emaciatis corporibus bonum ac udabile alimentum, idque copiosum satis constans præbet: Inprimis lac imanum, à bonæ constitutionis fœ-inæ mammis profluens, utpote naturæ imanæ familiarissimum, præ cæteris otentius nutrit. Huic succedit vacci-um, recens mulctum, & saccharo, e in ventriculo coaguletur, mixtum.

Asininum & caprinum, si herbis inpri appropriatis hæc animalia nutriantur, non carent virtutibus & laudibus. Ec num in atrophia ex sumpto philtro, te *Johanne Hartmanno Prax. Chimiat part. 2. cap.* 185. auxilium præstant mum est, si cum sacchari pauxillo hibeatur. Corpore autem adh jejuno illud assumatur, eoque assu pto ab alio cibo per horas quot est abstinendum. Singular curam per lac asininum proponit *Joh nes Schenckius in observationibus* Quibus autem lac conveniat, & qui non conveniat, egregiè exposuerunt *lenus lib. 3. de alim. facult. Hippocra sect. 5. aphor. 64. Jacobus Hollerius, Joh nes Liebautius, Hieronym. Mercuria Joh. Heurnius in comm. ad hunc aph Balthasar Pisanellus libell. aur. de alime facult. pag* 276. & alii.

Et sicuti lac in quibusdam adfec bus recidivantibus admisimus; ita seru ejus in omnibus non prohibemus. E quidem illud aquosum, verum tam

a

liquid falsi habet in recessu. Quoad enim aquosam suam substantiam refrigerat, quoad salinam autem incidit, attenuat, abstergit, ac benigne ventrem abducit, præcipuê, si aliquid mellis, syrupi violarum, vel fumariæ illi addatur. Et quamvis minimè alat, medicamentum tamen in recidivis egregium & innoxium est. Ad evacuandum enim humores serosos & adustos in scabie, melancholia & adfectibus splenеticis commodissimè usurpatur. Optimum habetur caprinum, inprimis si gramine & plantis appropriatis capræ vescantur. Serum asininum in podagra & arthritide commendatur. Vide sis *Steph. Roderici Castrensis Tractat. de Sero lactis cap. 1.2.3.* 4. *& seq. Dan. Sennerti Institut. Medic. lib. 4. part. 1. cap 3. & Gothofr. Moëbii Institut. Medic. lib. 4. part. 2. cap. 4.*

Lac acidum, vulgò lac ebutyratum dictum, cùm frigidius sit, aquosum & serosum alimentum suppeditans, recidivantibus ægris interdicimus; quamvis enim naturis calidioribus ac robustioribus

cumprimis æstate, & in magno aeris a
ob vim suam refrigerantem & absterg
tem, conveniat, frigidioribus tame
infirmioribus nocet; ventriculum e
& ejus fermentum frigiditate ac crud
te suâ debilitat, coctionemque chyl
tiat. Frigiditatem verò suam ac cru
tem multum amittit, si cum pane &
mine anisi coquatur; quod *Frisii &*
gæ instar medicamenti habent; nec sic
ratum recidivantibus ægris planè pr
bemus.

Acidularum, sive *Pyremondensi*
sive *Wildungensium*, sive *Spadanar*
sive *Schvvalbacensium*, usum max
probamus. Illæ siquidem refrigera
viscerum obstructiones egregiè resera
eaque roborant, corruptionem omn
ac putredinem corrigunt, sanguinem
purant, adfectus non paucos, ex vi
rum obstructionibus provenientes, dep
lunt, & per alvum urinam, per cu
spiracula, ac per plura etiam alia emi
ria simul operantur. Verùm non d
dæ sunt senibus decrepitis, pueris, g

vid

dis, tabidis, tympaniticis, anasarci-
s, dysentericis, asthmaticis, men-
truatis & renum exulceratione labo-
antibus.

Cum naturales deficiunt, artificia-
es etiam parari queunt, quæ nonnun-
quam efficaciores longæ naturalibus sunt, ob separationem superfluæ impuritatis, & utilitatem tàm hyberno, quàm æstivo tempore. Ex metallo vero in primam materiam redacto, auxilio *Hermetici* sa-
lis, aut optima minera, adhuc vivis, & proprio spiritu imprægnatis, ac facilè solubilibus certoq; membro appropriatis; vi aquæ menstrualis, ex sale *Hermetico* & terra virginea compositæ, extrahuntur; quibus admiranda sæpè præstamus. His-
ce quoque Clyssus antimonii parum in operatione sua cedit.

Hûc etiam referimus Chirurgiam in-
fusoriam, ita dictam, ante annos aliquot inventam, ubi recidivantibus ægris, ci-
borum per os assumptionem omnem a-
versantibus, mediante parvulo clystere, venæ cuidam ampliori, qualis mediana,

liquorem quendam nutritium ac cord[ia]lem, in forma elixiris, emulſionis, m[i]turæ, etc. infundere poſſumus.

Ordinem & tempus, quo cibus & [po]tus in recidivis aſſumantur, ægris & M[e]dicis obſervare, res non levis mome[nti] eſt; noxium ſiquidem eſt, & cruditat[es] pravæ generantur, ſi, priori cibo n[on]dum concocto, jam alius ingeratur. N[o]xium eſt in ipſarum recidivarum a[u]gmento & ſtatu multum cibi & potus [in]gerere. Sicut enim in aliorum morb[o]rum, ita quoque in recidivarum augme[n]to ac ſtatu vel in mediocri doſi, vel in m[i]nima victus eſt exhibendus; quia ſcilic[et] in augmento natura incipit pugnare cu[m] morbo, & plus occupata eſt in mater[ia] morbifica coquenda & evacuanda, quà[m] in principio; in ſtatu verò pugna natur[æ] & morbi eſt vehementiſſima, & natu[ra] in materiæ coctione ac evacuatione occ[u]patiſſima eſt; ubi natura ab inſtituto ſu[o] magnâ ciborum copiâ ingeſtâ, facilè avo[cari] poteſt.

In continuis autem morbis recidivan[tibus]

tibu[s]

bus, & qui accessionum differentias non abent, victus offerendus est secundum onsuetudinem, eo præsertim tempore, uo prius æger cibum assumere consue-it. Ast in iis morbis, qui suos paroxy-mos & intermissiones habent, quando ibus exhibendus sit, definivit *Hippocra-es sect.* 1. *aphor.* 11. *In ipsis accessionibus ibum adimere oportet; nam præbere no-ium. Et cum per circuitus redeunt mor-i, in ipsis accessionibus abstinendum.* Quod tamen simpliciter non est accipi-ndum; sed si febris sit ab humore acri & mordaci, à sole accenso, ira, inedia, la-oribus, & æger corporis habitu sit gra-ilis, temperamento calidus & siccus, & empus sit æstivum, vel paulò ante paro-ysmum, vel etiam in eodem, nonnihil nitigato, parum cibi, ut & potus medi-amento alterante mixtus, concedi pot-st. Talis humor si restagnat in ven-riculo, nisi cibus detur, syncopen, febrim ecticam, convulsionem viriumque ja-cturam inferre potest; qualem historiam abet *Galenus lib.* 10. *meth. med. cap.* 3.

Noxium quoque est in recidivis e[illegible]
tra cœnam vel prandium sæpè biber[illegible]
vel inter cibandum unico haustu poc[illegible]
la evacuare; semper quippè non un[illegible]
sed pluribus vicibus assumere potum p[illegible]
expedit; paulatim enim quod fit, sec[illegible]
rum est, tùm vel maximè, si quis ab[illegible]
no ad alterum transierit, teste *Hip[illegible]
crate sect. 2. aphor.* 51. Commessatio[illegible]
& compotationes cane ac angue pe[illegible]
fugiantur. Cibi siquidem multi, p[illegible]
tus multi multos morbos eorumq[illegible]
germina & propagines, recidivas nir[illegible]
rum, adferre solent; una verò temp[illegible]
rantia totius vitæ jucundæ salubrisq[illegible]
moderatrix est. Nullo morbo, nu[illegible]
recidivâ, nullâ calamitate premet[illegible]
qui vitæ fundamentum firmum jece[illegible]
temperantiam.

Non diu jejunent recidivantes, a[illegible]
cœnam mitermittant insueti; vent[illegible]
culus enim ciborum vacuus, impu[illegible]
se satiat humoribus, bilis redditur fe[illegible]
ventior, & recidivarum impetus fit ve[illegible]
hementior.

Sic[illegible]

Sicut autem rebus omnibus, ita etiam in præſentibus, cibo nimirum, potu, corporis motu, quiete &c. *dandum* ſemper *aliquid eſt tempori, ætati, regioni & conſuetudini*, ſecundum monitum *Hippocratis ſect.* 1. *aphor.* 17. Et *conſueta longo tempore* etſi deteriora, inſuetis minus *moleſta eſſe ſolent. Quare ad inſolita quoq; ſenſim facienda mutatio*, *ex aphor.* 50. *ſect.* 2. Quibus etiam appetitum iſtum ægrorum recidivantium adnumeramus; qui neutiquam interdum deſerendus; confidentia namque in Medicum & Medicinam, inque ea, quæ appetuntur, reſtituuntur plures, quàm artis regulis rigidè obſervatis. Ita vir ille *Brixienſis* apud *Domini. Panarolum*, *Romanum*, *pentecoſt.* 2. *obſ.* 36. macie confectus ſupremâ, & morti ferè vicinus, citria mala ſummoperè appetens, unum integrum & inſignis magnitudinis citrium comedit malum, quo devorato, melius ſe habere cœpit, & convaluit.

CA-

CAPUT XXVI.

Diætam in Recidiva-rum curatione vitalem adducit.

IN diæta vitali, recidivantibus ægr
observatu necessaria dignaque occu
rit solus *Aër*, qui sit omnibus hom
nibus saluberrimus eorumque sanita
conservandæ, & morbis eorumque r
cidivis labefactatæ restaurandæ maxim
idoneus. Debet nimirum ille in prim
suis qualitatibus temperatus esse, puru
nitidus, tenuis, patens & liber, null
vapore malo, nullis inquinamentis, nu
lâ uligine, aut corruptela perfusus: se
blandis ac svaviter spirantibus ventis d
flatus, & ut plurimum serenus. Se
optimus aër recidivantibus ægris erit, q
purus existit, qui nec stagni, nec palu
dis halitu infectus est, nec ex profund
specu, aut cloacis populosæ urbis, v
numerosi exercitûs vitium contraxit, ne

animalium, olerum, leguminum,
nnabis, putredine, aut fimo, aut a-
telluris, vel aquarum vitio coinqui-
tur. Et ſic contrà inſalubris & peſſi-
us aër illis erit, qui ſtagnantium a-
uarum, aut paludum halitu inficitur,
ut è profundo quodam ſpecu peſtilen-
em planè auram recipit, qui è cloacis
aſtam urbem purgantibus, vitium con-
raxit, aut ex animalium laniena, co-
iariorum officinis fimique putredine.
Qui ex ſtagni, aut magni fluminis vi-
inia, craſſus, nebuloſus & caligine ple-
ius eſt, qui non perflatur, aut editis
nontibus aut ædibus concluſus putre-
cit.

Si naturâ aer non ſit temperatus,
ed vel nimis calidus, per diſperſas per
onclave herbas refrigerantes & hume-
tantes folia nimirum nympheæ, vitis,
alicis, endiviæ, portulacæ, flores ro-
arum, violarum, nympheæ, infuſione
quæ frigidæ, roſarum, lactucæ, por-
ulacæ ex uno vaſe in aliud, vel ſuſpen-
is hinc indè in cubiculo linteis made-
factis

ctis aquis ſuaveolentibus, arte corri-
tur. Si nimis ſit frigidus, lignum
niperi ſuper foco largè reponatur. H
me verò corpora veſtibus ab externa f
gidi aëris injuria probè defendantur,
grique recidivantes hypocauſta calefa
præprimis ament.

Mutandus etiam interdum aer eſt,
temperatus, blandus, ſerenus, purus
lubrisque ſemper recidivantibus ægris
ligendus. Undè rectè dixit *Hippoc*
tes lib. 6. *epidem. ſect.* 5. *text.* 9.
morbis longis ſolum mutare, bonu
Oportet autem ſit in melius, inqu
Galenus in comm. ad hunc textu
Sive navigans, ſive terreſtre iter f
ciens quiſpiam, in alteram regione
migraverit, vel motus in itiner
aut navigatione, vel aëris mutati
proderit; & maximè cum in aëre
contrariæ temperaturæ diſceſſeri
Contrariam autem dico, non ſolù
aëris propriè ægrotanti regionis tem
peramento, ſed etiam ipſi morb

Nam si humidus morbus sit, in ficciorem aërem migrandum erit; si siccus, in humidiorem: eâdem quoque ratione, si calidus morbus sit, in frigidiorem, si frigidus, in calidiorem: similiter si calidus sit morbus & siccus ad humidiorem, frigidioremque aërem abeundum est: sic & in reliquis conjugationibus.

Hippocratem & Galenum æmulatus *Avicenna can. Medic. lib. 4. sect. 1. cap. 1.* sic profatur: *Et ex iis præterea quæ huic modo medicationis sunt propinqua, est mutatio de terra ad terram, & de aëre ad aerem. Mutatio enim de civitate in Civitatem, & de regione in regionem, recreat, delectat, vires reficit.* Deindè ob motum calor nativus excitatur, qui robustior factus, causam morbi melius concoquit, & celerius etiam discutit; dummodo aer sit morbo curando contrarius. Ob hanc causam *Galenus lib. 5. meth. med. cap. 12.* phthisicos mittebat ad montem *Tabianum*; quo

quo loco aër ſiccior erat, & exſiccando ulceribus aptiſſimus.

Et veteres mittebant eos in *Ægyptum*, ob navigationem; quoniam aër marinus ulcera exſiccat. Hinc fit, ait *Ariſtoteles ſect. 23. probl. 8.* ut qui ſe mari lavant, ocyus reſiccentur. Et *Plinius*, qui quatuor libros de Re Medica ſcripſit, *cap. propr. de phthiſi* ſummè laudat, ut tabidi vivant in ſaltibus, ubi pix naſcitur; quia aër ille ſiccitate ſuâ ſaluberrimus eſt, & ulcera exſiccat. Sic etiam circa urbem illam Perſiæ *Ecbatana*, ſive Tabris dictam, teſte *Adamo Oleario in itinerario ſuo Region. Oriental.* aër adeò ſalubris fuit, ut non incolæ tantùm ab omnibus febribus fuerint immunes, verùm febricitantes etiam aliundè profectos reſtituerit.

In morbis acutis hæc mutatio valdè reproba eſt; in iis enim ſalubre videtur jacere & quieſcere. Nam ſi motus in lecto naturam à coctione diſtrahit, vires reſolvit, corpus fatigat, ſecundum *aphor. 28. ſect. 2. Hippocratis*

quanto

uantò magis motus de loco in locum? lib. 4. acut. text. 48. Coctio siquidem uiete perficitur. Hoc modo plerique am cæpissent febricitare, ob motiones exercitationes, acutissimis & exitialius morbis fuerunt correpti, ut eleganter *Galenus comm. ad aphor.* 20. *sect.* 3. *Hippocrat.* notavit. Excipiendi verò ic sunt ii, qui in itinere ægrotant, qui ut spe invisendi domum, aut quia decit Medicus, possunt, coactè tamen, utationem efficere.

In morbis autem *vagis & facilè mutabilibus, mutationes juvare* scribit etiam *Hippocrates lib. 6. epidem. sect. 6. text.* 16. *Sed mutationes ad loca convenientia fieri oportet, priusquam vitium aliquod contrahatur, quale quid Cherioni accidit.*

CAPUT XXVII.

Diætam in Recidivarum curatione animalem subnectit.

In

IN diæta animali, recidivantibus æg maximè necessaria & utili, locum net primum *corporis motus*, qui mod tus esse debet. *Tria* namque præci commoda, homini ex corporis exe tio moderato accedentia, *Galenus li de sanitat. tuend. cap.* 2. adducit. *mum* est membrorum durities, ex n tuo ipsorum attritu proveniens; *a rum*, caloris innati augmentum; *t um*, spirituum motus citatior. M ratus siquidem motus calorem exci concoctiones juvat, omnesque alim torũ distributiones benè perficit, spir exhilarat, eosq; alacriores efficit. hinc *Plato* tantam motui tribuit eff ciam, ut crediderit omnia ob mot conservari, quatenus à calore conserv tur, qui per ipsum excitatur. Et *Jose Quercetanus in Diætetic. polyhistoric.* 11. motum verum caloris nativi no fomentum, & fuliginosarum superflu tum, in corporibus redundantium, apt remedium, plethoræ seu plenitudinis duc

ucendæ obſtaculum, agilitatis ac promtitudinis corporis comparandæ incitamentum, nervorum ac juncturarum corroborandarum idoneum & opportunum auxilium, nec non præcipuam primariámque cauſam apertionis pororum ac meatuum judicat. Et ideo fit, ut ſingulæ corporis facultates corroborentur & inſtaurentur, omnium ſenſuum, tàm internorum, quàm externorum, actio promptius ac rectius perficiatur, cordis vigor conſervetur, coctio juvetur, diſtributioq; alimenti promoveatur.

Semper tamen recidivantibus ægris, niſi lecto affigantur, ante prandium vel cœnam fortius corpus exercere convenit; poſtea verò lenis deambulatio illis prodeſt, omniſque motus nimius obeſt. Motus enim nimius partium intemperiem calidam ab initio auget, ſpiritus & ſolidarum partium ſubſtantiam exhaurit ac diſſipat, vires debilitat, totum corpus tandem refrigerat, nervorum ac ligamentorum robur diſſolvit, mem-

membranas interdum laxat & distend[illegible] minoresque arterias & venas rum[illegible] pit.

Quies verò post motum quend[illegible] nimium, & lassitudinem quoque ma[illegible] mum auxilium illis suppeditat; quie[illegible] siquidem & abstinentiâ facilè curant[illegible] recidivæ, si post morbum priorem vi[illegible] adhuc constent. Ea verò moderata e[illegible] debet; *in omni* namque *motu*, *ubi lab[illegible] rare quispiam cæperit, quies statim las[illegible] tudinem aufert*, ex *Hippocrate sect.* 2. [illegible] *phor.* 48. Verùm immodica quies co[illegible] pus excrementis replet, calorem inn[illegible] tum obruit & obtundit, sanguinis c[illegible] culationem retardat, alimenti per pa[illegible] tes distributionem impedit, humor[illegible] crudos generat ac cumulat, eorumq[illegible] evacuationem sufflaminat, corpora mo[illegible] lia quoque, segnia, tenera ac debil[illegible] laboribusque perferendis imparia effici[illegible] ut fusius hæc ab acutissimo Philosoph[illegible] & præstantissimo Chymico, *Josepho Que[illegible] cetano in Diætetic. Polyhistoric. cap.* 1. [illegible] proponuntur.

Somn[illegible]

Somnus & Vigiliæ modum in recidi-ntibus ægris non excedant; vitandus est is somnus nimius: vitandæ sunt illis gilię immoderatæ. Debet ergò pri-ùm iis somnus esse moderatus, ex quo ulta illis eveniunt commoda, quæ u- caloris in visceribus & partibus inte-oribus fortiori operationi adscribun-r Calor enim, in visceribus auctus, opiosos spiritus generat, & per vigilias imias dissipatos reparat & instaurat; ndè concoctiones melius in ventriculo, orde ac singulis partibus perficiuntur, excrementorum expulsio adjuvatur. t cùm virium resolutio, quæ vigilan-o inducitur, ex spirituum resolutione riatur, iis instauratis, vires reficiun-ur, & lassitudo fugatur. Animi ægri-udines tolluntur, mentisque insania orrigitur, corpus humectatur, sensus etardantur, quia actiones animales ex arte quiescunt, vitales autem validius perantur. Per coctiones autem humo-is alibilis copia partibus internis suppe-itatur; undè illæ plurimùm humectan-

tur,

tur, quemadmodum docuit *Hippocra-tes lib. 6. epidem. sect. 5. text. 9. Labor articulis & carnibus confert; somnus verò & cibus visceribus.* Somnus etenim humores, tàm alibiles, quàm excrementitios coquit; vigiliæ digerunt, & excrementa expellunt. Ac denique somnus plurimùm senibus conducit, quoniam nihil æque eorum corpora frigida & sicca calefacit ac humectat: atque adeò deperditam humidam substantiam instaurat; undè, illud *Homeri à Galeno* lib de sanitat. tuend. citatum: *Ut lavit sumpsitq; cibum, dat membra sopori Namq; hæc justa seni.* Et sic somno moderato vires defatigatæ refocillantur, spiritus, laboribus diurnis dissipati, instaurantur, calor ad interiora revocatur, hînc alimentorum crudorumque humorum in toto corpore coctio feliciter perficitur, corpus totum, & inprimis viscera suaviter humectantur, calor augetur, & totum corpus validius redditur, curæ tolluntur, ira sedatur, animus tranquillior evadit, immoderatæ evacu-

cu-

ationes, præter sudorem, suppriuntur.

Sicuti verò somnus moderatus sua bet commoda: ita immoderatus etm secum incommoda vehit varia. piritus namque ille obscurat & torpis reddit, mentique & memoriæ sturem quasi conciliat, caloremque, crus humoribus cumulatis, & superfluis hibitis, obtundit.

Somnus quoque, qui, corpore quonque modo inanito, initur, corpus ciccat atque extenuat. Et inprimis mnus diurnus, maximè verò meriianus, recidivantibus ægris est fugienus, nisi huic quis assueverit; qui tamen odum non excedat.

Vigiliæ pariter recidivantibus ægris oderatæ debent esse. Vigiliæ enim moeratæ sensus omnes excitant vegetioresue reddunt; spiritus & calorem in omnes orporis partes diffundunt, alimenti diributionem adjuvant, excrementorum eva-

evacuationem promovent. Somnus enim concoquit, vigiliæ digerunt & excrementa expellunt. Nimiæ contrà corpus exsiccant, spiritus absumunt & dissipant, universum corpus, cerebrum inprimis exsiccant, ejusque temperiem evertunt, sensus debilitant, cruditates efficiunt, bilem augent, acuunt & inflammant, atq; morborum calidorum sæpè causa existunt; interdum etiam, calore dissipato absumptoque, morbos frigidos excitant. *Somnus* igitur & *vigiliæ, si modum excesserint, malum, ex aphor. 3 sect. 2. Hipp.* Vigilia nimia cruditates parit; somnus longior excrementa congregat. Vide sis *Joseph. Quercetanum in Diætet. polyhistoric. cap. 9. & 1*[illegible]

Excreta & *retenta* recidivantiũ ægrorum statum vel meliorem, vel deteriorem reddere queunt. Si namque inutilia, & quæ evacuari debebant, evacuentur; & contrà utilia quæ sunt corpori alendo si retineantur, facilè sanitas eorum est speranda. Si verò quæ in corpore retineri debebant, excernantur, aut si quæ excerni oportebat, retineantur, eorum sanitas

adhu

huc periclitatur. Hinc ſanguinis, inæ, ſputi, menſtruorum, ſeminis, emorrhoidum evacuationes ſuppreſſæ lorem obruunt, & ipſi humores p.n. tenti tandem corrumpuntur. Sic nont etiam, ſi excernantur, quæ retiri debent, aut ſi nimiâ quantitate ecuentur, quæ alias evacuari debent; dè calor & ſpiritus exhauriuntur, funiones omnes in corpore humano lannent, ac denique morbi frigidi prollulant.

Alvus præprimis ſemper aperta ſeretur; & mox à ſomno fœces alvi rejiantur, ne calor augeatur, & recidiva inc vehementior fiat. Si alvus non reſpondeat, humectanda eſt Uvis paſſis, re galli, Decocto caulium, borragiis, brancæ urſinæ, Prunis octo aut deem in jure foliorum ſenæ decoctis, primâ menſâ, vel paulò ante cibum ſumtis, Cremore tartari, Pilulis de ammoniaco *Querc.* Angelicis ſeu *Francofurtenſibus*, Confectione paſſulata *Mynſ.* & ſimil.

Veneris uſus in febribus, à v… ſeminis ortum habentibus, & reci… vantibus, optimum remedium auc… vires autem valdè dejiciens, corpus … ſiccans, optimumque ſuccum alibil… ſurripiens, prorſus intermittendus.

Animæ pathemata, ad immut… dam totius corporis conſtitutione… maximam vim habent, ita ut non m… bi ſolùm graviſſimi, ſed mors etiam… pſa ex immodico eorum exceſſu oriat… ſunt enim turbidi concitatique anim… rum motus, eſtque illorum in corp… vis maxima.

Si verò in moderatione contine… tur, ad ſanitatem conſervandam pl… mum conferunt. Cuncta ergò ani… pathemata immoderata recidivanti… ægris omnibus modis vitanda ſu… qualia præ cæteris habentur ira, m… ror, ſollicitudo, timor, terror, ga… dium nimium, omnium maximè il… quibus multi morbi, multæque reci… væ pronaſcuntur.

Hi ſiquidem animi affectus hum…

mo…

ores vitiosos, in corpore latitantes, itant, ut in actum erumpant: imò iam boni humores iisdem animi affe-bus corrumpi non nequeunt.

Ira namque calorem & spiritus ve-menter exagitat, pulsum auget, e-que validissimum reddit, sanguinem spiritus in corde & vasis inflammat, rebrum concutit, nervos convellit, mores exagitat, calorem innatum la-factat, bilem acuit, valetudinem vi-t, febres diarias & fermentativas ac-ndit, morbosque inducit lethales. valida siquidem hac humorum com-otione sæpiculè subitò oriuntur al-fluxus, cæliaca, icterus, syncope, rdis pulpitatio, tremor, febris, epi-psia, apoplexia, paralysis. Nihil est, od magis paroxysmos acceleret poda-icis, quàm ira, nihil quod adferat equentius abortum gravidis, vel næ-m infantibus, utero materno inclu-, affricet; qualia exempla consignâ-nt *Josephus Quercetanus in Diætetic.*

 poly-

polyhistoric. & Gvil. Fabricius Hildan in observationibus suis chirurgicis.

valdè sit effrenis, rationem subigit, interdum de sede sua dimovet. Min frigidis naturis nocet, sed interdum lis utilis videtur, cum calor debilior e suscitetur ac vegetior reddatur. Et cèt etiam minus noceat, si fiat jeju ventriculo, quàm eo repleto, recid vantibus tamen ægris instar pestis e sanguinem enim ac humores in corpo commovet, ipsasque recidivas præ all concitat & exasperat.

Mœror seu tristitia calorem i natum debilitat, corpus refrigerat exsiccat, faciem reddit decolorem, pu sumque, propter cordis constricti nem, imminuit, recidivas non ra inducit; interdum febres accendit, difflationem prohibitam, ex qua hum rum fermentatio excitatur. Duo tristitia consequi testatur *Avicenna l de virib. cordis cap. 6.* naturalis nimiru facultatis imbecillitatem, ob caloris e tinctionem, & spirituum humorumq

crassationem à frigiditate, undè
umor melancholicus exaggeratur.

Timor subitò sanguinem, spiritus
calorem ad cor revocat; hînc ma-
na in corpore humano humorum mu-
tio & alteratio accidit; pulsus enim
mentibus est minimus; partes exti-
æ algescunt, pallent, contremiscunt;
entes strident; vox interrumpitur,
res concidunt; interdum alvus solvi-
ur, & urina profunditur, ob musculo-
um ani & vesicæ imbecillitatem reso-
tionemque; morbi exsurgunt varii,
uibus jam sublatis recidivæ superve-
iunt periculosæ; & mors ipsa inter-
um subitò succedit, sanguine magnâ
opiâ ad cor revocato, quo debilis na-
ura confestim opprimitur & suffoca-
ur. Quòd ergo in timore confertim,
n mœrore paulatim fit, solumque am-
o magnitudine ac vehementiâ diffe-
unt.

Terror non levem corpori muta-
ionem infert; in eo siquidem subitò,
& cùm impetu spiritus vitalis sanguis-

que arteriosus versus cor rapiuntur ibique, quasi sufflamine injecto, non nihil subsistunt; hinc totius corporis œconomiam turbat, mentem ac rationem sede sua movet, sensus confundit nec raro homines plane stupidos, attonitos & immobiles reddit. Quin etiam metus, & terror vehementior cor nostrum omni virtute spoliat, horrorem que ac rigorem, febrili similem, inducit. Terror pueris sæpenumero epilepsiam, gravidis abortum, aliis syncopen, aliis recidivam parere solet. Quidam metu mortis & pœnarum unicâ nocte, teste *Johanne Schenckio in obs.* cani facti sunt: imò alii à subito terrore planè suffocati & extincti sunt.

Terror interdum remedii loco est: in nimio mensium fluxu, & aliis largis hæmorrhagiis; hujus enim affectûs tanta vis est sanguinem versus cor revocare, ut is etiam è vasis sectione apertis, vel planè non, vel difficulter exeat, ut in αἱμοφόβοις sæpe vidimus. Sic etiam *Cancellarius Crossensis* apud *Philipp. Sal-*

muthum

uthum centur. 3. observ. 50. quendam
dit decollari, è cujus trunco ob ter-
rem fortem ab initio nihil sanguinis
flueret. Sanguis tamen à terrore cir-
cor concentratus, & deindè à natu-
iterum victus, sæpius ad partem cum
petu ruit, largamque hæmorrhagi-
n parit. Et ita in fœmina illa, cujus
hilippus Salmuthus centur. 3. observ.
9. mentionem facit, nimius & lethalis
ensium fluxus accidit.

Gaudium etiam im̃odicum, ficuti ti-
or, valdè quoq; recidivantibus ægris no-
et; spirituũ namq; substantiam dissipat,
talium actionum robur dissolvit; undè
ncope, ac interdũ etiam mors repentina
ccedit, cumprimis in senibus, mulie-
bus & naturis imbecillioribus. Baro-
issam quandam ex conspectu mariti,
urcicâ captivitate redeuntis, in gra-
ssimam syncopen incidisse narrat *Gre-
orius Horstius lib. de sanitat. tuend.*
Rhodius Diagoras inter manus & ample-
us trium bonæ indolis ac frugi filio-
um, *Olympiadis* triumpho redeuntium,
nimiâ

nimiâ perfusus lætitiâ, animum, teſt[illegible] *Gellio*, exhalavit. Sic etiam Viri c[illegible] jusdam primarii & Senatoris, gaudi[illegible] extincti meminit *Joh. Petrus Lotichi*[illegible] *obſ. medic. lib. 3. cap. 4. obſ* I.

Moderata contrà animi pathem[illegible] mata, ut animi tranquillitas, εὐθυμ[illegible] & lætitia modica, ad morborum re[illegible] divas expellendas, ſanitatemque labe[illegible] ctatam reſtituendam, ſunt fovenda. [illegible] iis enim calor, ſanguis, ſpiritus vita[illegible] & animales ad totum corpus diffundu[illegible] tur; undè corporis humani actionu[illegible] omnium vigor excitatur, habitus e[illegible] alitur, humectatur vividoque colo[illegible] ſuffunditur. Sic animus gaudens æt[illegible] tem floridam reddit. Sed de hiſce an[illegible] mi pathematibus, & aliis quoque reb[illegible] non naturalibus, ad diætam, tùm n[illegible] turalem, tûm vitalem & animalem, [illegible] morborum recidivis curandis, ſpecta[illegible] tibus, conſule *Duncani Liddelii A*[illegible] *Medic. lib.* 5. *cap.* 20. 21. 22. 23. & 2[illegible] *Dan. Sennerti Inſtitut. Medic, lib.* [illegible]

pa[illegible]

rt. 1. cap. 2. 3. 4. 5. 6. & seq. Francisci elis compend. Artis Medic. lib. 2. sect. 2. 3. 4. 5. & 6. Vidi Vidii tom. 2. lib. 2. p 3. 4. & 5. Gregorii Horstii Disp. 20. ronid. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. in Institut. Medic. Josephum Quercetanum in Diætetic. lyhistoric. Wolfg. Höferi Hercul. Medic. b. 8. cap. 5. Gothofr. Mœbii institut. Medic. lib. 2. part. 2. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Jacob. Primirosii Enchirid. Medic. art. 3.

Et si tandem, quòd facilè fieri po-st, in recidivantium ægrorum diæta iquid peccetur, mox postero die con-ario suo hoc ipsum emendetur, & in-qualitas inducta causâ contrariâ tol-tur.

Hic pedem figimus, Tractatui no-ro aureo in recidivis coronidem im-posituri.

OLI DEO OMNIPO-TENTI SIT SEMPITER-NA GLORIA!



Sphalmata, quæ per Autoris ab-sentiam irrepsêre, Lector Bene-volus ita corriget.

PAg.4.lin.7.leg. judicatos. p.7 l.11.fu- fecavit. p.10 l.6.dicitur. p.13.l.21.scholis 14.l.9.exponant l.10.ferm. p.15.l.5.philosophic. 21.l.3. συμπάθειαν. *p.22.l.4.aliquæ.p.26.l.1 omittatur in medio. p.30. l.12. morbis. p.31.l.1 Celsus.p.33.l.19.esse omittatur.p.35.l.4.impende- te. l.10.vomituum. p 53.l.17. judicationem. p.6 l.24.pravorum. p.83. l.3.post evacuationem leg. in crisi pariter remoratur. Et ad evacuationem. 91.l.23.morb. p.93 l.15.agens. p.97.l.17. tuend. 106. l.5. propius, p.115. l.19. contingit. p.125.l Ann.p.128.l.16.verè p.132 l.4.ichores. p 135.l.1 frustum.p 137.l.12.quæ.p.138.l.18.post ut lege cu. p.144.l.12.inflãmatione.p 145.l.21.& 22.speciei 146.l.19.distantẽ p.148.l.1.omittatur cessat p.14 l.10.post symptomate lege ad. p.151.l.12.spirituũ 154.l.6.si.p.159.l.2.muta p.171.l.17.omittatur p addit p.172.l.19.empyemate. p 175 l.4.mania. 177. l.10. translatâ. l.19.post animus lege ut. 178.l.2.pungentis. p.181.l.22.fine. p.188.l.25.sub vata. p.192.l.16.lienem. p 196.l.2.membris.p.2 l.21.infestantiũ. p.210. l.5 post abscessu omittat & ponatur, l.16. materiam,in deleatur p.211.l. mucositates. p.220.l.9.aut. p.221.l.23.nobis.p.2 l.23 dictator.p.233.l 4.omittatur esse. p.240. l. judicetur. p.241.post sect.lege 1. p.243 l 23 cum.*



46.l.16.redditur.p.149.l 5.Sic.p.255.l.19 icteri-
am.p.259 l.22.aptissimus.p.260.l.18.post Galen9
natur. p.264.l.22.omnium. p.270.l 23. oborto.
271.l.22. σημείων. p.277.l.25 post redundat po-
atur ; p.279. l.25.ad cervicem. p.298. l.12. affici-
tis. p.308.l.23.del alimento p.309.l.15. del. : p.
3.l.23.existente.p.355 l.11.abundanterq; p 359.l.
7 post minimè leg. , p 362.l.14.celerrimas p.370.
5.leg.ob recidivam.p 376.l 3 intulit.p. 378.l.1.
dicatio.p.394.l.12. internecionis.p 407. l.2.ac-
endendi.l.4.tormina.p.410 l.4.emeticus. p.422.
17.constent.p.423.l.25 restitat.p.432 l.14 omit-
ntur Or. Myns.p 433.l. 2. alchermes. p.435 l.6.
præbebit.p.437.l.16. cæterosq; p.443. l.7.foven-
m.p.449.l.15.impetigini. p.452. l.16. diætæ. p.
61.l.1.salsi. Reliqua Benevolus Lector facilè pro
ndore suo emendabit.



